**H**oc igit̄ est qd determinauimus de sono. Vox aut̄ est aliquis  
sonus in animato. **V**.g. q fistula et alia q habenter expansionē: et to-  
num: et idioma: et sunt sīlia: qm̄ in voce sunt etiā ista. et plura ani-  
malia non habent vocem: vt carentia sanguine: et pisces de animali-  
bus habentibꝝ sanguinem. et hoc necesse fuit. Sonus em̄ aliq's mo-  
tus aeris. Sed ea q dicunt vociferare vt aialia que sunt in flumi-  
ne: qd de achelous: non factū sonū nisi per vias nariū: aut per si-  
millia. Et hoc non dicitur vox nisi equiuoce.

**C**um locutus fuit de sono vlt̄ siue de non aiatō: incepit lo-  
qui de sono aiat. **E**t d. vox aut̄ est rc.i. vox aut̄ est sonus aialis animati  
in quo innenit neuma vel nete: et irach: et dictiones: et ideo plura instru-  
mēta dicuntur vociferāta finis similitudinē quia hec tria inueniuntur in eis  
aut sua representantia. fistula enim et alia instrumēta nō dicunt vociferan-  
tia nisi quia habēt expāsionē. i. neuma vel nete et tonū. i. irach et dictiōes. i.

**S**onus ē aliquod sīle litteris et dictionibꝝ. **D**.d. et sunt sīlia rc.i. et ista instru mēta vo-  
ciferādo sunt sīlia aialis. hec em̄ tria existit in aiali in rei veritate: i. istis  
vero per similitudinē. **D**.d. et plura aialis nō habēt vocē rc.i. et recte acci-  
dit q plura animalia non habent vocem: vt animalia carentia sanguine  
et pisces de animalibus habentibus sanguinem: cum sit declaratum q sonus  
est motus factus a percūtiente et percuso in aere: et ista animalia ca-  
sere. Idē  
s. ter. cō-  
mē. 78. rent acre qui percūtiat ea in suis interioribus: et carent instrumentis que  
percūtiunt aere. **E**t cī narravit hoc de istis animalibus: induxit q for-  
te aliquis dubitabit de huiusmodi ex hoc q quidam modus piscium voz  
ciferat:

ciferat: et d. sed ea que discuntur vociferare ut intendit per vias branchos et intedebat quod tale non dicitur vociferatio nisi equivoce cum non inueniantur in ea illa tria genera quod sunt neuma vel neta et irach: et literae aut similia literis.

**V**ox autem sonus animalis est. et non qualibet parte: sed quoniam omne sonat verberante aliquo: et aliquid: et in aliquo: hoc autem est aer: rationabiliter utique vocabunt hic sola quecumque suscipitur aera. Nam enim aere respirato vtitur natura in duo opera: sicut lingua in gustu et locutione. Quorum quidem gustus necessarius est. spiratio Unde et in pluribus inest: interpretatio autem est propter bene esse. Sic natum in et spiritu: et ad calorē interiorē tanquam necessariū: causa autem in alteris dicetur. Et ad vocem ut sit quod bene.

**V**ox autem est sonus aialis. sed non per quodcumque membrum. Sed quod oīs res non habet sonum nisi percutiendo aliquid. scilicet aerem: necessaria est etiam ut ista tantum vociferentur. scilicet recipientia aeris. Natura enim vtitur aere anhelato in duabus actionibus: sicut lingua in gusto et loquela: sed gustus necessarius est: et ideo est in pluribus: loquela autem propter melius. Et sic vtitur anhelitus in calore intrinseco: et hoc est necessarium: et iam dedimus causam in hoc in alio libro. Et in vociferatione propter melius.

**C**um declarauit quod vociferatio dicitur equivoce in eis quod vociferatur per branchos: et in animalibus anhelantibus: vult modo notificare genus animalium in quo inuenitur vera vox. **E**t d. vox autem et i. vox autem vera est sonus aialis proprius et per membrum proprium. **D**. incepit declarare sermonem quod membrum est et quod animal: et d. sed quod oīs res non habet sonum et i. sed quod iā declaratur est quod oīe sonorū non habet sonum nisi percutiēs et percussum in aere: manus festū est quod impossibile est inuenire aīal sonorū nisi habeat membrum ex quo fiat percūtēs: et percussum: et aerem quē immittat in illud membrum et extrahat ab ipsis: et quod illud membrum habeat figurā et quantitatē et sitū terminatum. Unū necesse est ut etiam aialia vociferantur in rei veritate sunt aialia quod recipiunt aerem in interioribus suis: et extrahunt ipsum. In ipsis enim inueniuntur illa tria ex quod sit vox in rei veritate. **E**t d. incepit declarare quod istud inveniētur per quod natura vtit aere in aiali anhelante est aliud a inuamēto quod est infrigidatio. Et quod natura vtit eodem membro ad duo: quorum unū est vtile: et reliquum necessarium declaratur in aialibus. **E**t d. natura non vtit aere anhelato et i. et intendit per duas actiones vociferationem et infrigidationem. **E**t d. et gustus est necessarius et i. si gustus ex his duobus est necessarius in edendo aialia: et iō inueni in pluribus Arist. fes aialium. In uamēto autem sūst in loquela est propter melius: et iō carēt eo multa cit lib. de aialia. **D**. sicut vtit anhelitus in calore et i. et natura vtit immissione anhelitus. litus propter calorē qui est interius: et hoc fuit necessarium animalibus anhelitus et de anhelantibus: et vtit eo propter melius in vociferatione. **E**t locus quē in situ non mutiq; in eo fuit locutus de hac intentione est suus tractatus quē fecit de sufficiens anhelitus: et iste tractatus non peruenit ad nos: et oportet perscrutari de hoc ter dixit singulariter, videtur enim quod illud quod dicit Galenus in hoc non est sufficiens. **G**ale. Lib. **O**rganū aurem respirationis vocalis arteria est. cuius autem terra Br causa hec pars est pulmo. Hac enim parte plus habet calorē pedibus sy habet gradientia altis. Indigit autem respiratione: et circa cor locus pri mus. Unde necesse est interius respirante ingredi aerem. **E**t trachea arteria est instrumentum anhelitus et vocis. Et illud re h[ab]et guttur. **C**ontra. Auer. super anima.

83

## Liber Secundus

propter quod fuit hoc membrum est pulmo: quoniam per hoc mem-  
brum excedit animal ambulans alia animalia in calore. Et indi-  
get anhelitu propter cor prius: et ideo indiget necessario ut aer  
infrigidetur ut anhelet ad interius.

**S.9** **C**est cu declarauit q̄ necesse ē vt nullū aīal habeat vocē nisi sit anhelans:  
et q̄ per idē mēbrū facit aīal vīrūq̄ incepit dare illū mēbrū. **E**t d. et tra-  
chea arteria: et intēdit p̄ tracheā arteriā epiglottū et cānā. Et manifestū ē q̄  
hoc mēbrū est instrūm̄tū vocis: qm̄ in extremo hui⁹ mēbri est corp⁹ sīle lingue  
fistule: et sīl̄ est manifestū q̄ hoc mēbrū est pp pulmonē: q̄r est rīva ad ip̄m.  
**C**et d. p̄ hoc em̄ mēbrū excedit rc. q̄r hoc mēbrū iuenit aīalib⁹ h̄ntibus  
sanguinē ambulārib⁹: ideo sunt calidiora aīalib⁹ carētib⁹ hoc mēbro. **D.**  
d. et indiget anhelitu pp cor p̄us. i. er̄ ista aīalia indiget anhelitu pp calo-  
rē cordis prius: et scđa pp calorē illi⁹ mēbri. **D. d.** et ideo indiget vt aer ifr-  
gideſ rc. i. pp calorē cordis indiget aīal ad imittēdū aerē frigidū prius: et  
pp calorē pulmonis: scđa indiget vt ex̄hat ip̄m. **C**et hoc qd. d. necessariū  
est. prima em̄ necessitas in anhelitu est ad imittēdū. Scđa ad ex̄hendū. pri-  
ma aut̄ ē ppter cor: et scđa pp pulmonē. qm̄ nisi eēt calor pulmonis nō id-  
geret aīal ad ex̄hendū aerē frequēter. Et hoc est sīl̄ ei qd inuenitur in  
pluribus artificijs. s. q̄r indigent mutare insīfūm per qd agūt pp illud qd co-  
tingit illi insīfō ab eo qui vtitur. Insīfūm. n. nō mutat: nisi qm̄ consumuntur:  
consumptio contingens ei: aut est ppter vtente: aut pp ip̄m vsum. Si igit̄  
pulmo desiderat ad ex̄hendū aerē calidū: sic mot⁹ ei⁹ non est ex pectore tm̄

**E** vt opinatur Salenus: et ista intentio indiget perscrutatione per se.

**Q**uid est **C**quare percussio respirati aeris ab anima que est in his pt̄-  
vor Non bus ad vocalem arteriam vor est. Non enim omnis aīalit̄ son⁹  
eis aīalis vor est: sicut diximus. Est enim et lingua sonare et sicut tussien-  
s̄z cu ima- tes. Sed oportet animatum esse verberans et cum imaginatio-  
giatōe ali ne aliqua: Significatiuus enim quidam sonus est vor: et non re-  
q̄ signān spirati aeris sicut tussis: sed isto verberat cum qui est in arteria  
ad ipsam. Signum autem est non posse vocare quemq̄ respiran-  
tem: neq̄ expirantem: sed detinentem. Detinens enim aerē hoc  
ipso nimtrum mouet.

**O**p̄z igit̄ ex hoc vt percussio aeris anhelati ab anima que est  
in istis membris ad illud quod vocatur cāna pulmonis: sit vor.  
Non enim omnis sonus qui sit in animalibus est vor: vt dixi-  
mus. Possimus enim facere sonum per linguam: sicut apud  
tussim: sed indiget vt percussens sit animatum: et cum aliqua ima-  
gnatione. Vox enim est sonus illius: et non est aeris anhelati si-  
cuit tussis: sed per hoc percussit aerem qui est in canna. Et signū  
etus est quod nos non possumus vociferare in respirando: aut  
expirando. Quoniam non mouemus per hoc membrum nisi cu-  
clauserimus ipsum.

**90** **C**d. et op̄z igit̄ vt percussio aeris anhelati ab aīa q̄ est i istis mēbris ad can-

**F** nāsit illud qd facit vocē. Necesse est igit̄ vt cēntia vocis nō sit aliud nisi p-  
cussio aeris anhelati ad mēbrū qd cāna d̄ ab expulsione aie imaginatiōne  
eis nō est voluntarie q̄ est in istis mēbris: quēadmodū fistulatio est percussio aeris qd  
aliō nīsp̄ linguā fistule a fistulāte h̄site aīam expellētē apud imaginatiōne neumati-

vel nete. **D.** d. nō em̄ ois son⁹ rc. i. et dixim⁹ q̄ necesse ē in eēndo vocē vt cūssio aez peutiēs hēat aīam imaginatiā: q̄r nō ois son⁹ fact⁹ ab aīali est vox: vt so ris anhes nus q̄ sit sine volūtate ap̄d tūssim: r ap̄d motū lingue: s̄z vox ē son⁹ q̄ sit cū lati admē imaginatiōe r volūtate. et iō dixit. aī. atū et c̄s̄ imaginatiōe: inuit. n. q̄ ista brisi q̄ cāz actio cōplef duab⁹ f̄tutib⁹ aīe: quārū yna est ɔcupiscibilis: r altera imagi na dī ab natua. **D.** d. vox. n. ē son⁹ illi⁹ rc. i. p̄mū. n. mouēs in voce est aīa imaginatiua et ɔcupiscibilis: r iō vox est son⁹ illius p̄mi. i. volētis: nō ē son⁹ mouētis aerē anhelatū: vt sonus q̄ sit apud tūssim: s̄z mouēs in voce est aliud ab isto mouēte: l̄z nō moueat nisi p̄ ip̄z. r hoc intendebat cū. d. s̄yph hoc p̄cutit aerē q̄ ē in cāna. i. s̄z illib⁹ p̄mū mouēs qd̄ ē p̄prū voci p̄cutit aerē q̄ est in cāna apud vocē per illib⁹ qd̄ moueat aerē anhelatū. **D.** d. et signū ei⁹ est qd̄ nos nō possum⁹ vociferare rc. i. et signū ei⁹ q̄ p̄mū mouēs in voce mouet aerē mediāte primo mouēte aerē in anhelitu est q̄ nos nō possum⁹ vocife rare dū ɔspiram⁹: aut expiram⁹. Nouēs. n. in anhelitu alio instro nō vt̄t in illa hora ab instro p̄me motiōis in p̄cussione q̄ facit sonū. S̄z impole ē vt yno instro vt̄t in diuersis actionib⁹ in yna hora. **D.** d. et nos nō mouem⁹ p̄ illud mēbrū nisi cū cōcluserimus ip̄m. i. et idē nos nō mouem⁹ aerē motu vocis p̄ hoc mēbrū qd̄ ɔspirat et expirat: nisi qn̄ incluserimus anhelitu: et reddiderim⁹ ip̄m oīosum ab ista actione que est anhelitus.

**M**anifestum aut̄ et quāta pisces sine voce: non enim h̄nt guttur. Hanc autem partē nō h̄nt q̄ non recipiunt aerē: neq̄ respi rāt. Sed qui sic dicūt: peccāt propter qrā igif cām altera rō est. **E**t manifesta est etiam cā propter quāta pisces carent voce. La rent enim canna quāta non anhelant: et qui dicit hoc esse peccat. Causa autem in hoc dicenda est in allo loco.

**D.** q̄ cāe pp̄ q̄s pisces nō h̄nt vocē sūt tres. r p̄mo icepit de remotiōe. r. d. 91 q̄ nō h̄nt pulmone r cāna. **D.** d. cām hui⁹ cāe. r. d. q̄r nō recipiūt aerē. i. q̄r nō dīget immissiōe aeris aut emissiōe. **D.** d. cā aut̄ i hoc dicēdo ē alio loco. i. cā aut̄ isti⁹ eē: r ē cā pp̄ria r pp̄iq̄ huic accēti dicēda ē i alio li. de aīalib⁹.

### Capitulum Nonum.

**E**odore autem et olfatibili minus bene deter minabile est dictis. Non enim manifestum est quale quid sit odor sic vt sonus vel lux aut colo. Causa autem est quāta sensum hunc nō habemus certum: sed peiorē multis animalib⁹. Praue enim odorat homo: et nihil odorabilii sine letitia: aut tristitia. Sicut non existente certo sensu.

**O**dor autem et odoratum difficultius determinantur q̄ predi cta. Odor enim non declaratur quid sit sicut de voce: luce aut co lo: et causa huius est q̄ iste sensus nō est in nobis verus: s̄z mi nus q̄ in multis aīalibus. Olfatio em̄ hominis est valde debilis et nihil sentit de rebus odoratis sine delectatione aut contristatione: q̄r sensus iste non est in nobis verus.

**C**um compleuit sermonem de auditu: vult loqui de odoratu. **E**t. d. **O**dor autem et odoratum rc. i. et cognoscere autem quid sit odor et quid sit odorabile ex quo possumus peruenire ad sciendum istum sens

# Liber Secundus

sum quid sit sūm q̄ dat doctrina nālis: difficultius ē q̄ scire vocē quid sit aut colorē. Et causa difficultatis in hoc est: q̄ nō declarat de odore cuius odor sit: et que sunt dñe p̄prie vnicuiq̄ eō p̄ sicut declarant dñe colorē & vocē. **C**et cū declarauit q̄ cā difficultatis in sciendo odore qd sit ē: q̄ dñe spe cīsice nō bene apprehendunt a nobis. dedit cā in hoc r. d. & cā in hoc ē: q̄ iste sensus nō ē verus in nobis r. i. et cā pp quā imperfecte intelligimus dñias odoris ē: q̄ iste sensus debilior ē in nobis q̄ in multis animalib⁹. **E**t intēdebat p̄ hoc demonstrare causam pp quā intellect⁹ difficile cōprehēdit dñias odorū: et est q̄ iste sensus debilis comprehendit dñias odorē sensibiles. Comprehensio em̄ dñiarum a rerum sensibilium a sensu ē causa in cōprehensione earum ab intellectu: et ideo qui caret sensu caret intellect⁹ dñiarū ctu illius generis sensibilium. **D**.**d**. sed est debilius in nobis q̄ in multis vesp̄ sensib⁹ animalibus. i. in comprehendo dñias odorū: multa animalia vident cognoscere a sensu sua nutrimenta per differentias odorū: sicut nos per saporem: r nō ē cā i. sp̄ in hoc ercedunt nos animalia aliqua. i. comprehendingo dñias odorū: s̄ hēsōne ea in comprehendingendo eas a remoto spacio. Deinde. d. et nos non sentimus rū ab itel⁹ odoratum sine delectatione aut tristitia. i. et non sentimus de differentijs lectu. r tō odorati nisi illud quod est delectabile aut contristabile. i. non sentimus de q̄ caret se eis nisi dñias magis cōdes. Delectabile. n. multos habet modos: r s̄l̄ cōtri su caret i. stabile & delectabile nō inueniūt nisi in remotissimis extraneis. tellu illi⁹. **R**ationabile autem sic r fortis oculis colores sentire: et non gñis sensib⁹. **I**.**o**. per manifestas ipsis differentias colorum: nisi terrenti r non ter- s. postea. rēt: sic aut r odores hominum genus. Videntur enim et analogā hēc cō. 33. q̄ si. ad gustū: r s̄l̄ sp̄s humorum cū his que sunt odores. 2. ph. t. c. **E**t videntur q̄ sicut sentiunt animalia duri oculi colores: q̄ apud ea non declarantur modi colorum nisi conueniens oculo: r incōueniens: sic genus hominum sentit odores. Videntur enim propter animaliū consimilitudinem quam habet odor cum gustu: quod modi saporum sunt sicut modi odorum.

93 **D**. r videb⁹ q̄ ita sentiunt hoies dñias odorū: sicut animalia duri oculi dñias colorū. Quēadmodū. n. illi nō cōphēdūt de dñijs colorē nisi quenātem r incōuenientē: ita hoies nō cōprehēdunt de dñijs odorē nisi delectabile & cōtristabile. Usū est em̄ pp s̄l̄litudinē que ē inter gustū & odoratū: vt dñe odorū sint sūm numerū dñiarū saporū: s̄ dñe saporū apud nos sunt cōp̄es hēsibiles: r ille nō: cū in hoc sensu ercedamus omnia animalia: q̄ quoquomodo est tactus: r cōsūltudo que est inter sapores & odores est: q̄ nō inueniuntur odor nisi in habente sapore: vt declaratur est in sensu & sensato.

**S**ed certiore habemus gustum propter id q̄ ipse quidam dātac⁹ vi actus est: hunc autem habet homo sensum certissimum. In alijs b. j. c. 112. autem deficit ab animalibus multis: sūm autem tactum differenter certificat. Unde r prudentissimum animalis est. Signum autem tissimū ha in genere hominum sūm sensum hunc ingeniosos esse et non inventū hō. Duri car gentiosos: sūm alium autem nullum. Duri enim carne inepti mente molles autem carne bene apti. **S**ed gustus est in nobis magis verus: quia est aliquis tact⁹: lesaut vñ et si iste sensus est in homine valde verus: in alijs diminuitur in apti. multis animalibus: in tactu autem excedit omnia: r ideo est sub

# De Anima

fo.lxvij.

**T**illor omnibus aialib<sup>9</sup>. Et signum eius est q̄ in ḡne h̄uano etiaꝝ pp istū sensum est h̄o discret<sup>9</sup>: t̄ nō est hoc pp aliud oīno. Dure enim carnis nō est discretū: t̄ mollis carnis est discretum.

**C**Id est et sensus gustus est in nobis pfectior sensu olfact<sup>9</sup>: q̄ gustus est ta-  
cuis quoquomō: t̄ sensus tactus est in nobis pfectior q̄ in omnib<sup>9</sup> aialib<sup>9</sup> 94  
**D**.d. et iste sensus tc.i. et l<sup>z</sup> iste sensus sit perfectior in hoie q̄ in alijs aiali-  
bus: t̄ nō cōsequit ex hoc vt sit in alijs sensibus perfectior: imo diminuit  
in eis a multis aialibus. **D**.d. in tactu aut̄ excedemus tc.i. in bonitate seq̄ bōita  
aut̄ sensus tact<sup>9</sup> excedimus oia aialia: t̄ pp bonitatē isti<sup>9</sup> sensus est h̄o sub  
tilior: t̄ discretio omnibus animalib<sup>9</sup> s. q̄ cōplexio cōuenientia bonitatē isti<sup>9</sup>  
sensus cōuenit discretioni intellect<sup>9</sup>. **D**.d. et signu<sup>z</sup> eius est tc.i. et signu<sup>z</sup> ei vis<sup>9</sup> p̄t  
cōuenientie cōplexionis istius sensus ad cōplexionē intellect<sup>9</sup> est q̄ i se  
nere hoīm q̄n iste sensus fuerit bon<sup>9</sup>: tūc homo erit discret<sup>9</sup>: t̄ ecōtrario.  
**D**.d. t̄ nō est h̄ pp aliud.i. et bonitas discretionis a nō v̄ cōsequi boni  
tate alioꝝ sensu. Boni. n. visus homo p̄t esse indiscretus: t̄ silt boni au-  
dit<sup>9</sup>: sed boni tactus semp v̄r discretus. **D**.d. dure em carnis tc.i. et signu<sup>z</sup> t̄ sp̄  
q̄ bonitas discretionis sequit bonitatē tact<sup>9</sup> est q̄ mollis carnis.i. boni ta-  
ctus semper videt discretus t̄ intelligens: t̄ ecōuerso. **E**t hoc qđ dixit ve-  
rum est: t̄ cū inspereris intelligentes homines semper inuenies eos talis  
dispōnis: t̄ ideo homo est mollioris carnis q̄ cetera animalia.

**E**st aut̄ quēadmodū humor: hic quidem dulcis: ille vero ama-  
rus: sic t̄ odores sunt. Sed alta quidē h̄fit p̄portionat̄ odoreꝝ et 7.2.8ge.  
humore: dico aut̄ vt dulcē odorē: t̄ dulcez humore. Alta vero cō-  
trariū. Silt aut̄ t̄ acer: t̄ auster<sup>9</sup> t̄ acutus t̄ pinguis est odor. Sz ad tactū  
sicut diximus pp id qđ nō multū permanesti sunt odores: sicut 7.2.8ge.  
humores: ab his acceperūt nomina s̄m similitudinem eorū: dul-  
cis quidem enim a croco t̄ melle: acer autes et a thimo: et h̄mōt.  
Eodem autem modo et in alijs.

**E**t quemadmodū in sapore est dulce et amarum: sic in odori-  
b<sup>9</sup>. Sz in quibusdā odor et sapor sunt cōuenientes. v.g. odor dul-  
cis et sapor dulcis: et in quibusdā cōtrarii: et ideo inuenit̄ odor  
acutus: et pōticus: et acerosus: et delectabilis. Sz sicut diximus  
q̄ odores nō sunt ita manifesti sicut saporeſ. Isti nō dicunt istis  
noībus: nisi s̄m similitudinem ad saporeſ odor. em dulcis est odor  
croci: et acutus est odor aliꝝ et similiū: et sic de alijs.

**C**Uult declarare quomodo cōsequunt̄ dñe odorum dñias saper. **E**t. d.  
quemadmodum in saporib<sup>9</sup> est dulce t̄ amar. i. quēadmodū in saporib<sup>9</sup> ē 95  
prima contrarietas. amaritudo t̄ dulcedo: b̄ er quibus aliꝝ cōponunt̄:  
est opinandum q̄ in odorib<sup>9</sup> est prima contrarietas ex q̄ p̄ponūt medij. et  
cum narravit q̄ iste dñe debent esse s̄m numerū illarū: t̄ quēadmodum est  
in illis prima contrarietas: sic est in istis: incepit narrare q̄ non semp p̄seq̄  
vnaqueq̄ illarum in altero duox generū sūt ille in altero genere: t̄.d. sed  
in q̄busdā odor t̄ sapor tc.i. sz in q̄busdā ille cōsequit ille: t̄ in q̄busdā nō.  
scz q̄ odor t̄ sapor nō erit eiusdē speciei. v.g. q̄ sapor erit dulcis et odor  
acutus. **D**.d. et ideo inuenit̄ odor acutus id est q̄ dñe odorum sunt cō-  
uenientes differentiis saporū inuenit̄ odor acutus. i. cuius proportio ad  
odores est: sicut proportio acuti ad saporeſ: et sic de alijs. **E**t cum de-  
rit ari.or

3 3

# Liber Secundus

odoribus clarauit q̄ nos non cōprehendimus d̄rias odoꝝ nisi ppter 2ſilitudinē eo extreis ēt rū cū d̄ris saporū: vult narrare q̄ ista est cā ppter quā trāsumpta sunt ad medī re: eas noia saporꝝ. r.d. sed sicut d̄ sumus q̄ odores r.c.i. l̄z sicut dixim⁹: qz dif fultat. Iō ferētie odoꝝ nō sunt apud nos manifeste: sicut saporū: ita q̄ possim⁹ cōſ. l.c. 105. p̄rehendere eas abiq̄ 2paratiōe et assimilatiōe ad alias: hoc fuit cā ppter quā trāsumimus ad eas s̄m similitudinē noia saporū: r nō iposum⁹ eis noia ppria q̄ nō intelleximus in eis intentiones pprias nisi per liſtitudinē. D.d. odor em̄ dulcis r.c.i. manifesti ē em̄ apud nos q̄ odor dulcē ē sic odor croci: aut mellis. i.q̄ p̄portio odoꝝ croci et odor; mellis ad alios odores. r sic p̄portio dulcis ad alios sapores. et sic ē de alijs odoribus.

**C**Adhuc autem sicut auditus et vnuſquisq̄ sensuum. Hic qui dem audibilis: et non audibilis: ille vero vſibilis et non vſibiz Non odo lis. Et olfatus odorabilis et non odorabilis. Non odorabile aurabile aliud tem altud quidem secundum id quod omnino impossibile est habere odorem. Aliud vero paruum habens et prauum. Similiter odore aliud prae autem gustabile et non gustabile dicitur. **E**t quemadmodum auditus: et vnuſquisq̄ sensuum. Hic qui aliud parū dem est audibilis et non audibllis. Hic vero vſibllis et non vſi odorans. bilis: sic etiam odoratus est odorabilis et non odorabilis. Et nō p̄t. distin odorabile dicitur vt odorabile. Aut quia est impossibile vt hactenē reg beat odorem: aut quia habet odorem debilem: aut quia h̄z malū et sic dicitur non gustabile.

96 **C**ult narrare hic aliquid cōe isti sensui et alijs sensibꝝ. et q̄ oſſis sensus comprehendit suum sensibile proprium et eius priuationē. **E**t. d. et quē admodum auditus r.c.i. et quemadmodum auditus et vnuſquisq̄ sensuum comprehendit suum sensibile proprium et eius priuationem. V.g. q̄r auditus comprehendit audibile et vñs vſibile q̄nō vſibile. sic etiam sensus odoratus comprehendit odorabile: et non odorabile. **D**. incepit narrare s̄m quot modo 3 dicitur hec nomia p̄uatiua: r.d. et nō odorabile dicitur r.c.i. et non odorabile: nō vſibile: et non gustabile dicunt tribus modis: aut de eo quod omnino caret illo sensibili aut de eo in quo inuenitur debile: aut in quo inuenitur male. v.g. non odorabile: dicit em̄ de carente odore omnino: et de habenti debile et male: et sic degustabile.

**C**est autem olfatus per medium: vt aerem aut aquaz. Et nāq̄ et aquatica videntur odore sentire. sifr aut et q̄cunq̄ cuz sanguine et sine sanguine sunt: sicut et que in aere. Et enim horum quedam a longe occurruunt ad alimentum que odorem remouent.

**C**est odorare etiam fit per medium. verbi. g. aerem et aquam. Animalia enim habitantia in aqua existimantur sentire odore et similiter habitentia sanguinem et carentia sanguine: sicut sentiunt animalia que sunt in aere. Quedam enim mouētur ad suū cibum in remoto.

97 **C**um declarauit hic ve odore illud quod potuit declarare in hoc loco q̄ iste sensus ita etiam indiget medio sicut duo sensus predicti. **E**t sermo eius manifestus est. sed debet ita legi: et odorare fit per medium: et hoc medium est aer: aut aqua. animalia enim habitantia in aqua videntur sentire odorem sicut animalia habitantia in aere: et secundum h̄c modum

videtur q̄ alia visa in aere & nō visa sentiunt odorē: & signum eius est q̄ istoꝝ multa mouent ad suū cibū a remoto lz nō videat. Apes enim mouē tur ad suū nutrimentū a loco remotissimo & sunt ex aialibus carētibus san-  
guine: & similiter in piscibus & in multis animalibus aque. Et rōcūnatio  
super hoc quod dixit de medio est ratioinatio predicta. s. q̄ cū odorabile  
fuerit positiꝝ super sensum odoratus nō sentit. & qđ dicit de visione q̄ na-  
tura media q̄ seruit visui non est aer sīm q̄ est aer: aut aqua sīm q̄ est aqua:  
sed natura cōis. ita est intelligēdū hic in natura que est media. s. q̄ est na-  
tura cōis. ita est intelligendum hic in natura que est media. s. q̄ est natura  
cōis aque & aeris: & q̄ odores sunt extranei in ista natura. Et q̄ ista natu-  
ra caret odoribus sicut diaphansis coloribus: & sicut color a haber duplex  
esse. s. esse in corpore colorato: & hoc est esse corporale: & esse in diaphano: &  
hoc est esse spirituale: ita odor habet duplex esse. s. esse in corpore ordinabi-  
li: & esse in medio: & hoc est esse corporale & illud spirituale: & illud natura-  
le: & hoc extraneum. b. Et cū hoc ignorauerūt quidā & eristimauerūt q̄  
odor nō separat a corpore odorabili & q̄ nō lz nisi vniſ esse tñ: dixerit q̄  
a corpore odorabili dissolutus corpus odoriferū habēs corp⁹ subtile: & od o-  
rem subtilem: & q̄ monetur in aere donec perueniat ad sensum odoratus.  
Et hoc destruit multis modis. Videntur enim q̄ multa aialia mon-  
tur ad nutrimentū per spaciū miltarū dictarū & sicut apparet in vultu-  
ribus: & sicut apparet de tigribus que venerūt ad locū prelū qđ accidit in  
terra grecorū a remotis regionibus. Et qñ iā posuitur q̄ omne sensibili-  
le qđ cōprehēditur per mediū equaliter debet sentiri ex oībus partib⁹ nisi  
aliquid impedit. vñ necesse est vt istud corpus vaporosum sit sempervnū  
& q̄ suus semidiāmeter sit sīm longitudinē linearū vnde veniūt ista aialia  
ad suū cibū vt dicit q̄ vultures mouent a quingentis miliaribus: sed im-  
possibile est vt corpus parus extēdatur donec recipiat tales dimensiones:  
cū impossibile est vt materia recipiat extensioꝝ ad tale vltimū. Marima  
enim remotio quā materia recipit est dimensio ignis: deinde aeris. Si igi-  
tur corpus odorabile alteretur totū in ignē aut aerē impossibile est ipsuz  
recipere dimensionem mille miliariorū. Minima enim dimensioꝝ d quā  
materia recipit est dimensio terre: & marima est dimensio ignis: et inter has  
duas dimensioꝝ nō sentitur ex diuersitate hec quātitas. s. vt magnitudo  
ynius palme terre fit a mille miliaria. hoc em̄ impossibile est. Et etiā si  
ita esset: sicut illud corpus sphericū nō odorabile necesse esset vt penetraret  
aerem sīm totū: aut q̄ aer recederet a loco suo. Et cū hoc impossibile est:  
etiā impossibile est vt odor sit in aere sicut in corpore cōposito. Simplicia  
enim non recipiunt odores. Remanet igitur vt sit in eo sicut color in dia-  
phano. Sed tamen apparet q̄ esse c̄ coloris magis est spirituale q̄ esse  
odoris. Venti enim videntur adducere odores: & hoc est et quo fuit existi-  
matis odorē esse corpus. Sed ita est de odore in hac intentione sicut de  
sono. Son⁹ em̄ sit a passione in aere: s̄z etiā impedit a rētis: sed tñ nō cōse-  
quit ex hoc vt sit corp⁹. q. i. ḡ necesse est in illis duab⁹ passionib⁹. s. soni &  
odoris: cū fuerit i aere: vñ nō sint mot⁹ illi in aere ad aliā partē sine alia.  
Unde & dubium videtur si ola quidem similiter odorēt hō aut  
odorat respirans: non respirans autē: sed expirans: aut retinens  
spiritum non odorat: neq̄ a longe: neq̄ a proye: neq̄ si in nasum  
intus ponatur. et hoc quidem in ipso positū sensitivo insensibile  
esse omnibus cōmune est. Sed sine respiratione non sentire pro-  
prium est homini. Manifestum est autem tentantibus.

Documē-  
tum.a Colore  
odor̄ ha-  
bit du-  
plex esse.J. S. 60.  
67. 76.

commē.

Vid. 76.

2.101. cc.

b. Opi.

Avi. i sex-

to natu-

ralium.

prīa rō.

c. Alter

multarū

terrarū.

Alt mult-

torū dies

rum.

d. Minī-

ma dimē-

sionum

quā ma-

teria reci-

pit est dī-

mēsio ter-

re &amp; maxi-

ma est dī-

mēsio ig-

nis op-

posituris

de. 4. ph.

c. 72. vbi

lz q̄ sub-

tilitas est

dimisibilis

in infinitū

e. Esse co-

loris est

magis spi-

rituale q̄

esse odor-

ris. 3deꝝ

101.

# Liber Secundus

**C**Et ideo appetet q̄ iste est locus dubitationis s̄m q̄ oīa aīalia olfaciūt eodē modo. Et q̄ hō nō olfacit nisi q̄n anhelat inspirās: quādō autē inspirat aut retinet non olfacit: neq; a remoto: neq; a propinquō: neq; etiā si odorousum poneretur in nāso.

**3** **C**Illo autē q̄ sensibile sit super ipsum sentiēs nō sentietur cōē est omnib⁹: hoc vero q̄ sentire nō sit sine inspiratione est propriū hominib⁹: et hoc manifestabitur experimentatoribus.

**98** **C**Id est et cī dixerimus q̄ animalia habitātia in aqua: et animalia nō sanguinea olfaciunt: accidit quādō concesserimus has duas propositiones. s. q̄ oīa animalia debent olfacere eodē modo: et posuerimus q̄ homo olfacit quādō inspirat: et non quando' expirat aut retinet anhelitū. Cōsequitur enim ex hoc q̄ si illud animal fuerit non anhelans vt nō sit olfactens. **D. d.** hoc autē q̄ sensibile fuerit positū rc. i. et hoc autem qđ est necessariū in omnibus animalibus vt sit mediū: et q̄ sentire non fiet quando sensibile fuerit positū sup ipsum sentiens cōē est omnib⁹. hoc em̄ opinat tūyide in Arist. de tactu et gustu vt post apparebit. **D. d.** hoc hō q̄ sentire nō sit absq; inspiratiōe rc. i. hoc vero q̄ hō et alia aīalia anhelatia impossibile est ut olfactū absq; inspiratiōe manifestū est p se volētib⁹ considerare et experimētari.

**Oppositi**  
**tūyide in**  
**cō. sup. 5.**  
**de sensu et**  
**sensato.**  
vbi hz q̄  
ppriū est  
gustui et  
tactui qđ  
boni odoramenti et mali olfatus est.  
**C**Quare sanguinē non habētia: quoniam nō respirant: alterum vtq; quendā sensum habent preter eos qui dicti sunt. Sed im-  
possibile est siquidem odořē sentiunt: odorabilis enim sensus et  
boni odoramenti et mali olfatus est. **C**Almplius autem et corrū-  
non indi-  
pi videntur a fortibus odoribus ex quibus homo corrupit:  
gent me-  
dio. oppo-  
stum de  
gusto so-  
lo. vid. j.  
commē.  
**101.**  
vt bitumine: sulfure: et hutusmodi. Odorare quidē igitur necessa-  
rium est: sed non respirantia.

**C**Oporet igitur ex hoc vt animalia carētia sanguine cum non anhelant habeant aliū sensum: sed hoc est impossibile cum sentiant odorem. Sentire enim bonū odorem et malum est olfacere.  
Et etiam videmus q̄ fortes odořes qui corrūpunt homines no-  
cent: vt putrefactionis: et sulphuris: et similitum. Unde necesse est  
vt olfactiant: sed non inspirando.

**99** **C**Dirit. et cum posuerimus q̄ oīa aīalia eodem modo olfaciunt: et est ma-  
nifestum q̄ homo non olfacit sine inspiratione necesse est vt animalia ca-  
rentia sanguine cum non anhelant: et videtur verire ad suū nutritiū  
a remoto: vt habeant aliū sensum a sensu olfatus.

**2** **C**Deinde. d. sed hoc impossibile rc. i. sed ponere ea habere aliū sensum a  
sensu olfatus impossibile est cum posuerimus q̄ nihil cōprehendit odorem  
nisi per istum sensum. Comprehendere enim bonū odore et mali est olfa-  
cere. et olfacere est actio istius sensus non alterius.

**3** **C**Deinde. d. odořes em̄ fortes qui no cēt homini nocēt eis. et ista est secūda  
rōcinatio: et est q̄ ista aīalia infirmant et dolet a malis odořibus: et fugiunt  
eos sicut hořes: et q̄ hořes fugiunt eos ppter sensum olfatus: op̄z vt sic sit  
de alijs animalibus. Deinde. d. unde necesse est vt olfactiat: sed nō inspirā-  
do: i. necesse est igitur ex hoc qđ diximus. s. q̄ ista aīalia olfaciunt cū vide-  
tur moveri ad odořes: et sagere eos: et q̄ impossibile est vt ista actio sit per  
aliū sensum a sensu olfatus: ista animalia necessario olfaciunt: et nō est  
necesse vt omnia animalia anhelent eodem modo.

**C**uidet ut autem in hominibus differre hoc sensitum ad ea que aliorum animalium: sicut oculi ad ea que durorum oculorum sunt. Nec quidem enim habent phragma: et sicut velamen palpebras quas aliquis non mouens neque retrahens non videt. Fortia autem oculis nihil huiusmodi habent: sed mox vident que fiunt in lucido. Sic igitur et odoratum sensitum aliis quidem sine operculo est sicut oculus durus. Alijs vero aerem recipientibus habent cooperimentum: quod respirantibus discooperitur ampliatis ventis: et poris. Et propter hoc respirantia non odorant in aqua. Necessarium enim est odorare respirantia: hoc autem facere in humido impossibile. **E**t autem odor siccus: sicut sapor humidi. Odoratum autem sensitum potentia huiusmodi est.

**C**uidetur igitur quod iste sensus in hominibus differt a se in aliis animalibus: sicut oculi differunt ab oculis animalis duri oculi. Ipsi enim habent cooperatoria sive palpebras que cum non aperiuntur non vident homo. Animalia autem duri oculi non habent ali quod tale: sed vident subito illud quod sit in diaphano: et sic visum detur quod est sensus olfatus etiam sive quod in quibusdam animalibus est non cooperatus: ut oculus. In animalibus vero recipientibus aere habet cooperatum. Et cum ista animalia inspirant ampliantur vena et afferunt illud. Et ideo ea que anhelant non olfacti in humido. Inspiratio enim necessaria est in olfatu: unde impossibile est hoc facere in humido. Et odor est siccus sicut sapor humidi. Et sentiens: et olfactens est illud quod est in potentia istius dispositionis.

**C**um declaratus est quod animalium quedam sentiunt odorem sine inspiratione: et quod cum inspiratio: visum est quod causa in hoc est quod iste sensus in hominibus et in aliis animalibus anhelantibus differt in creatione: et in forma a se in aliis animalibus non anhelantibus. Quod admodum enim oculi in homine et in aliis differunt in creatione ab oculis animalium duri oculi sive caritatis palpebris. **E**t cum narravit consimilitudinem inter ea in hac intentione dedit modum consimilitudinis. id est isti enim habent cooperatoria etiam sicut oculi in homine et in aliis habent palpebras quibus cooperantur: et est impossibile ut homo videat quoque aperiat palpebras: et animalia duri oculi non habent palpebras sed vident subito colores factos in dia phano sine aliquo cooperatorio. Ita videntur quod dispositio sensus olfatus in animalibus anhelantibus differt a se in non anhelantibus. In anhelantibus enim habent cooperatum: ut non in aliis animalibus aut non habent cooperatum: et sic animalia anhelantia indigent apud olfatum anhelatum: ad aperiendias clausas olfatus: per quas impossibile est ut olfacti antecepant aperiatur. Quod admodum impossibile est ut animalia boni visus videant quoque palpebre aperiatur: sed animalia non anhelantia non indigent hoc: et ista erit causa propter quam animalia anhelantia non olfacti in aqua. **S**ed est questione in hoc quod dicitur. Animalia enim duri oculi sunt debilioris visus aliis animalibus: sed animalia multa non anhelantia vident fortioris odoratus hominem: et oportet si palpebre in oculis essent: sicut nascitur in animalibus anhelantibus: ut animalia anhelantia essent fortioris olfatus quam non anhelantia. **E**t ideo perscrutandum est utrum nascitur in animalibus olfactibus per nasum sit propter melius: sicut palpebre sunt in animalibus.

Quid  
odor et  
fatus.

## Liber Secudus

**Oppos:** habentibus palpebras: aut propter necessitatē. Si igitur est propter necessitatē. 2. ph. statem: non oportet ut han heliantia sint verioris olfatus & non anhelantia. 82. 8. a. tia. Si autē propter melius: erit econuerso. Sed per hoc quod. d. ampliā casu eēt. tur vene et vie. demonstrat qd hoc est propter necessitatē: non propter melius.

**Solutio.** et qd animalia duri oculi non assimilantur olfacentibus sine inspiratione nisi sibi diuersitatē creationis tantū: non qd iuuamenti palpebrarū est de modo iuuamenti inspirationis. Deinde. d. et odor est siccus sicut sapor hys-  
mida. i. et odor attribuitur abundantie partis sicce in odorabili: sicut sapor  
attribuitur abundantie partis humidae in gustabili. Et hoc declarabit in li-  
bro de sensu et sensato. Deinde. d. et olfaciens est illud quod istius disposi-  
tionis. i. et cum declaratum est quid sit odor et quomodo comprehenditur  
per sensum: tunc sensus olfatus est illud quod innatum est recipere odores.

## **L**apitulum. x.



**S**i in aqua essemus sentiremus utique appositum dulciremus. Non autem esset nobis tunc sensus per medium. Sed in eo quod miscetur humido sicut in voto. Color autem non sic videtur in positum eo quod miscetur: neque de fluminibus.

dulce, nō **G**ustus autem est aliquis tactus. Et est illud quod est in pos-  
aut esset tentia istius dispositionis nō per medium quod sit corpus extra-  
nobis tūc neum. Tactus enim etiam non est sic. Et corpus in quo est sapor  
p mediuꝝ gustus in eo est humiditate: sicut res in materia. Et hoc est aliqd  
sens⁹ sc. tangibile. Et ideo si nos fuerimus in aqua: et in aqua fuerit aliqd  
dulce: sentiemus non per medium: sed admiscendo se cum humi-  
do: sicut est de vino. Color autem non videtur eo ꝓ admiscetur:  
neqꝫ quia aliqd currit ab eo.

10

**Vide pro** **L**um compleuit sermonem de olfatu: et sensus gustus est illud quod  
hoc. j. cō. **D**eber consequi numerum sūm ordinem qui incepit a meliori et  
115. procedit ad magis necessarium: incepit loqui de eo et declarare q̄ est aliz  
**Vide. j.** quis tactus: et qđ propter hoc non indigei comprehendere suum sensibile  
113. vbi i- per medium qđ sit corpus extraneum: sed per medium qđ sit pars animaz  
digentia lis. **E**t. d. Gustus autem est aliquis tactus: et hoc non est in potentia ali-  
medij ex- cuus dispositionis per medium quod sit corpus extraneum: tactus enim  
trisecl nō est etiam sic. i. et iste sensus non est illud quod est in potentia istius disposi-  
tē de neces- tionis per medium quod est corpus extraneum: sed per medium quod est  
sit atē ta- corpus non extraneum. **D. d.** Tactus enim etiam non est sic. i. tactus enim  
ctus s̄tā etiam comprehendit suum sensibile non per medium quod est corpus ex-  
gibiliuz. traneum: sicut est de sensibus tribus predictis. **E**t quasi inducit istū ser-  
monem pro ratione qđ gustus est aliquis tactus. i. q. d. gustus autem est ali-  
quis tactus cum comprehendat suum sensibile non per medium quod sit  
corpus extraneum sicut tactus. et hoc est manifestum in secunda translatio-  
ne vbi dicit. sensus autem gustus comprehendit per tactu. **E**t cā illus  
est qđ sensibiliter per gustu nō comprehenditur per medium inter gustans &  
gustatū qđ est corpus extraneum: neq; etiam tactus ita comprehenditur.

**D**.d.corpus in quo est sapor; i.e. et alio modo dicimus: etiamq; iste sensus est aliquis tactus. Corpus enim in quo existit sapor non est gustabile nisi hinc quod ille sapor existit in eo humore: cuius proportio ad illum saporem est sicut materie ad formam: et ideo iste sensus non comprehendit saporem nisi comprehendat humorum: cum sit impossibile ut denudetur ab eo. Et comprehendere humorum est aliquid tangere. Vnde iste sensus videtur aliquis tactus. **D**einde. d. a ideo si nos fuerimus in aqua sc. i.e. et quia gustus non indiget medio extraneo: ideo cum nos fuerimus in aqua in Rer. obsequa invenientur aliquid dulce sentietur a nobis admiscendo se cum aqua: non quia recipit saporem abstractum a materia: et reddit eum isti sensus: sicut est de mediis extraneis que reddunt sensibilia sensibus. Illa enim non recipiunt sensibilia cum corporibus in quibus existunt: sed abstracta a Mediae trinseca materia.

**E**t hoc demonstrat q; ipse opinatur q; odor non est corpus: si enim esset non recipitur corpus: olfatus esset aliquis tactus. **D**einde. d. color autem non videtur sc. prius sensus i. color: autem non videtur ita q; aliquid ex eo admisceatur cum aqua aut bilia cuz sero: neq; quod aliquid currat ab eo in aerem aut aquam: sed tantum recipiunt ab eo intentionem coloris abstractam a materia. Vnde dicimus in corporibus i. q; bus existunt. hoc et similibus q; comprehenduntur per medium extraneum.

**C**at quidem igitur mediu nihil est. Ut autem color visibile: sic gustabile humor. **N**ihil autem facit humoris sensum sine humiditate: sed habet actu aut potentia humiditatē ut salsum. Bene Commē. enim liquidum ipsum est: et liquefactuum lingue. contra Auct.

**S**ecundū autem hunc modū medium non est medium. Sed quēadmodum color est visibile: sic sapor est gustabile. **N**ihil fas-

**E**t nihil recipit sensum gustus absq; humiditate: sed in eo in actu aut potentia humiditas. **A**.g. salsum. **E**t enim velocis dissolutionis: et cum hoc dissoluit linguam.

**I**ste autē sensus differt a sensibus qui comprehendunt per medium extraneum in hoc q; non comprehendit suum sensibile per mediu. Sed quēadmodum color est visibile: et in rei veritate proprium visui: ita sapor in rei veritate esse gustabile proprium gustui. **102**

**D**.d. et nihil recipit sensum saporis sc. i. nihil recipit sensum saporis qui dicitur gustus nisi sapor sit in humor: et humor est in saporoso: aut in actu. aut in potentia. **A**.g. salsum quod est humidum in potentia propinquum cum velociter dissoluit et dissoluit humores qui sunt in lingua. Et ideo preparauit natura saluam in ore et preparauit branchos in homine ad congregandum istam humiditatem: ut ea mediante gustentur siccata. Vnde dicimus quod sapor non est sapor in actu: nisi in corpore humano in actu.

**S**icut autem visus visibilis est: et inuisibilis: tenebre autē inuisibiles: iudicat autem et ipsas visus. Adhuc autē et valde splendidi est: etenim hoc inuisibiles: alio autem modo a tenebris. Siquidem autē et auditus soniq; et silentij: quorum aliud audibile: aliud non audibile: et magni soni: sicut visus est splendidi. Sicut enim parvus sonus inaudibilis quodammodo: sic et magnus et violenter. Inuisibile autē aliud quidē oīno dicitur sicut et in alijs impossibile: aliud autē q; uis aptū natum non habet aut praeve-

M propter qd natus ra ppara uit saluus in ore.

# Liber Secundus

sicut qd sine pedibus: et sine gradu dr. Sic autem gustus gustabiliis quidem et non gustabilis: hoc autem est paruum aut paruum habens humorem: aut corruptuum gustus. Videtur autem principium esse potabile et non potabile: gustus enim quidem ambo. Sed hoc quidem ut paruum et corruptuum gustus. illud autem est in natura. Est autem commune tactus: et gustus potabile.

**C**Et sicut visus est rei visibilis et non visibilis: nam obscuritas est non visibilis: et etiam distinguitur a visu. Et est etiam manifestum in eo q est valde fulgens et splendens: hoc enim quoquo modo est non visibile: sed tñ alto modo ab obscuritate. Et similiter auditus est soni et silentii quorum unum est audibile: et aliud non audibile: et est maximus sonus: sicut visus est resplendentis. Quemadmodum enim minimus sonus est non audibilis: ita aliquo modo est maximus sonus etiam. Et non visibile quidem dr sic universaliter sicut omnibus carentibus hoc. Et quoddam est innatum videre: sed non habet: aut habet: sed diminute: ut carente pede. Et similiter gustus est gustabilis et non gustabilis: et hoc est catus sapor est debilis aut malus: aut corruptens gustum. Et similiter existimatur de potabili et non potabili. Sunt enim gustus quoquo modo: sed illud malum corruptens gustum: et illud naturale. Et potabile est commune tacit et gustui.

**D**sermo eius in hoc capitulo est manifestus: et abbreviatio ei<sup>o</sup> est q non sensibile dr in uno quoq sensuum tribus modis: aut de eo qd caret sensato proprio illi sensui de eis sensatis que innatus est habere: aut de eo qd est sensibile intensum in se respectu illius sensus: aut de eo qd est sensibile debile. **C**U.g. obscuritas que est non sensibile in priuatione in visu: et color splendens qui est non sensibilis propter intensionem: et color latens qui est non sensibilis propter debilitatem. Et in auditu silentii in priuatione: et maximus sonus in intensione: et sonus latens in debilitate. Et in gustu insipidum in priuatione: et horribile in malitia: et debile in diminutionem. Omnia enim ista dicuntur non sensibilia: quoniam insuquodq istorum est priuatio: aliusq dispositionis naturaliter sensibilis illius sensus.

**2** **D**einde. d. et si visibile quidem dr et i. et non visibile dr in alijs sensibus multis modis: aut qr non est innatus videri oino: vt dicimus q tenebra est invisibilis: aut qr est innatus videri: sed non vr: qr hz colore: sed ne habes alio modo ab eo in quem innatus est habere. s. aut propter intensionem aut de infinito propter debilitatem hoc dr non visibile. sicut dr in eo qui est debilis pedis 3.ph.34. et q non hz pedem. **D**. d. et potabile est commune tactui et gustui. i. q in humiditate q est in eo est tangibile: et in sapore est gustabile.

**320. Idez** **C**um autem humidum quidem est gustabile: necesse est sensitum s. 96. Idez ipsius neqz humidum esse actu: neqz impossibile fieri humidum. s. me. 27. **C**reditur enim gustus aliquid a gustabili in q gustabile est. de imobili. Necessarium est ergo humectatum fore qd sole humecari salutis. s. ph. 2. tum: non humidum autem gustatiuum sensituum. **S**ignum s. 20. autem neqz siccā exītē lingua sentire: neqz multum humidā. Illic est tacitum pumis humili: sicut cū aliquis q ante gustauit forte hu-

morem gustet alterum. Et ut laborantibus amara' oia videtur: ppter id qd lingua plena hmōi humiditate sentiunt.

**E**t qd gustabile est humidū: fuit necesse vt suus sensus nō eēt humidus in pfectione: neqz impole vt humefiat. **G**ustus em̄ quoquo mō patit a gustabili fm qd est gustabile. **U**n necesse ē vt humefiat illud qd possibile est vt humefiat et est saluatum: s̄ nō est humidum sensus gustus. **E**t signum eius est qd lingua nō sentit cum fuerit valde sicca: aut valde humida. **L**actus em̄ ipse erit per primum humorē: sicut qui prius gustauit saporem fortem: deinde gustauit altum saporem. **E**t sicut egroti sentiunt oia amara: quia sentiunt ea per linguam submersam in tali humore.

**C**um declarauit ea que sunt cōia isti sensui et sensui tactus et alijs sensib⁹: incepit dicere quoddā p̄p̄bi membro istius sensus. s. lingue. **E**t d. et qd gustabile est humidū rc. i. et qd materia saporis est humor: vt declarati est in sensu et sensato: necesse fuit vt recipiēt sapore recipiat humorē cū sapore. **U**n necesse est vt iste sensus nō sit humidus in actu: neqz sit etiam impossibile vt recipiat humorē: cum sit innatus recipere saporem: qd est impossibile sine receptione humoris: i. d. qd est necesse vt sit non humidus in actu: quia illud quod est aliquid in actu non est innatus recipere illud qd est in eo in actu fm qd est in eo in actu. **U**isus enim si haberet aliquem colorē in actu non recuperet colores.

**D**. d. gustus. n. patitur quoquo mō rc. i. et necesse vt iste sensus sit innatus huinefieri. mēbris em̄ gustans patitur quoquo modo a gustabili: et qd gustui semper associat humidū: necesse est vt gustas patiat ab humorē qui est in sapore. **U**n necesse est vt hoc mēbris gustas sit i ea dispōne qua possibile est vt humefiat: et hoc erit vt nō sit humidū in se: et qd sit cum hoc salutū ab accidentibus: et hoc intendebat cū. d. vñ necesse est vt humefiat rc. i. et qd necesse est vt hoc mēbris humefiat: necesse est vt sit innatus huinefieri. s. vt sit saluatum a siccitate intensa: et vt non sit humidum.

**D**. d. et signū eius est qd lingua et rc. i. et signū eius qd lingua apud comprehensionē saporē dī saluari ab intēsa siccitate et dñio humoris est qd ipsa nō sentit sapores qd fuerit intēsa siccitatis: aut intēsa humiditatis: sed tñ sentit cū fuerit in-naturali dispōne fm quā innata est recipere humiditatē saporis. **D**. d. tactus em̄ ipse rc. i. et cū lingua innata est recipere saporem cū eius humiditate: necesse est vt super ipsum non dominet alia humiditas. Prima em̄ humiditas dominās in lingua impediet eā in recipiēdo secundā humiditatē quēadmodū qd gustauerit aliquē sapore fortē: et postea gustauerit aliū sapore: tūc em̄ nō sentiet scđm sapore ppter dominū pri- mi super linguā. **D**. d. et sicut infirmi sentiunt oēs saporē amaros quia sentiunt eos per linguā submersam in humorē a maro. ita em̄ qui gustauerit aliquē sapore: et sua lingua fuerit huinefacta in humorē accidēt alii: tūc nō cōprehendet humorē saporis proprij nisi admixtum cū qualitate illius primi humoris: et sic accidet necessario vt nō cōprehēdat sapore: qd nō cōprehēdit naturā saporis in dispōne illa fm quā est materia illius saporis.

**S**pecies aut̄ humorū sicut et in coloribus: simplices qdē contrarie sunt: vt dulce et amarū. **H**abite aut̄ sunt cū hac quidē pin- gue: cū illa x̄o salitū. **M**edia aut̄ horū acre et austērū et pōticū et acutū. **F**ere em̄ he videtur esse humorū differētie. **Q**uare gusta-

propter  
qd egroti  
tibus oia  
amarā ve  
dentur.

104.

illud qd  
est aliqd i  
actu nō ē  
i actū reci  
pere illud  
qd est i eo  
i actu fm  
qd est i eo  
in actu.

Idem. s.

67. idē. 3.

de aia. c.

4. idē. j. c.

de sba or.

idē. j. ph.

69.

## Liber Secundus

tuū potentia est h̄mōt/gustabilē aut̄ est factiuū actu huius.  
¶ Et modi sapor̄ sunt sicut in colorib⁹: simplices quidē sunt con-  
trarij: dulcis & amarus. Sequētes aut̄ sunt duo istū vntcuosum:  
illū aut̄ saltum. Et que sunt inter ea sunt acutus / & stipticus / & pō-  
ticus / & acetosus. Iſti enim modi fere vident̄ esse modi saporum.  
Unde necesse est ut gustās sit illud qđ est in potentia istius dispo-  
sitionis: & gustabile sit agens.

¶ 205 Et dispō modor̄ sapor̄ adinuicē est sicut dispō color̄ adinuicē: quēad  
modū igit̄ colores simplices sunt albus & niger ex quib⁹ cōponuntur alijs  
quor̄ quidā sunt ppinq̄ores simplicib⁹: ita est de saporib⁹. s. & simplices  
eor̄ sunt contrarij. s. dulcis & amarus: & sequit̄ dulcē vntcuosus: & saltus amaz-  
rū: & inter illos sunt acutus & stipticus: & acetosus. Et hoc qđ. d. in colori

O bus manifestū est. In saporibus ho h̄z qōnē. Salenus em̄ opinatur q̄ pō-  
digressio ticus & acetosus frigidū sunt: & acutus est calidior amaro. Et si nos cō-  
cesserim⁹ q̄ isti sapore sequunt̄ calorē & frigus: necesse est q̄ contrarietas i-  
stis sit in illo qđ est vltimo calidū: & in illo qđ est vltimo frigidū: & si p̄esse  
rim⁹ q̄ ita est de saporib⁹ sicut est de colorib⁹. s. idē color: sit a caliditate  
vel a frigiditate: tūc nō accidet impōle. Et vñ q̄ hec opinio Saleni sit er-  
rō. Videm⁹ em̄ q̄ amaritudo qñq̄ inuenit cū frigiditate. U. g. q̄ amaritudo  
tra Hale do q̄ est in fructib⁹ in primo cremento demōstrat frigus. Et amaritudo q̄ est  
num.

in reb⁹ cōbuslīs demōstrat calorē: & silt̄ nō est impōle vt aliqua dulcedo sit  
frigida. Vide et̄ em̄ q̄ plāre amari saporis apud cōplēmetū sunt dulces aut  
iūspideū principio. Et signū eius q̄ isti sapore sunt mediū est q̄ plāre

Schola rō. habētes sapore nō trāſferunt ex amaritudine ad dulcedinē in eis q̄ innaz-  
te sunt esse dulces in fine nisi mediāte aliquo illoꝝ sapor̄. & hoc erit fm̄ q̄  
ptinet illi amaro existēti in illa plāta: & illi dulci existēti in ea. Quēadmodū  
Nō est ne albedo nō trāſferit ad ni gredinē vel cōuerso nisi mediāte aliquo colorum  
**C**Et imaginatio existit in alijs animalibus: cogitatio aut in rationabilib⁹. Elegere enim facere hoc imaginatum et non hoc est de actione cognitionis: nō Differētia de actione imaginationis. Judicans em⁹ q̄ hoc imaginatum est magis amittere phantabile q̄ hoc: et esse eadē virtus de necessitate que numerat imaginationes. siā hois et in quibusdam iudicat magis delectabilius. **C**Et hoc intendebat cū d. et nū alioz animatū numerat ipsum unū de necessitate: et est sū q̄ repugo: et necesse est vt ista virtus in aliū, numerat illas imagines donec comprehendat ex eis magis amatū: sicut vñs numerat numeros inaequales donec comprehendat ex eis magis maiorem. Similiter cogitatio numerat imaginationes et comparat inter eas donec possit pati ab imaginatione aliquius earum: et hec est causa quare animal rationale habet existimationē. Existimatio em⁹ est consensus qui prouenit a cognitione. **D**.d. non enim habet cognitionem et c. i. preter animal rationale nullum hz cognitionem q̄ non hz rationem: et motus animalium est propter delectationem: et est motus simplex non diuersus: quia non habet virtutem cogitatiuam cum appetitu: ita q̄ hec virtutes dominantur sibi adiuicem adeo q̄ moueretur animal quandoq̄ propter voluntatem: sicut in animali rationali. **D**einde. d. appetitum enim mouet appetitum et c. i. accedit enim in habenti plus q̄ vnum appetitum: vt animal moueat in quibusdam locis a duobus appetitibus nisi insimil quādo accedit et vñs appetitus fuerit dominans et continens secundum: tunc em⁹ inducit ipsum ad suum motū: quando appetitus dominatus remanet motus in suo motu proprio: sicut accedit in corporibus celestibus. Unusquisq; enim orbium stellarum erraticarum videtur moueri per appetitum orbis stellarum fixarum motu diurno: licet cum suo appetitu proprio mouea-

36. 12. me.  
37. 7. 44.  
Et. i. ce. 53

# Liber Tertius

tur motu proprio. **C**o. d. est enim sūm naturā re. i. et accidit huic sphere cōsistenti alias. s. dominari super eas propter hoc: quis est prior natura alias et mouens eas: ita ut per hoc accidat ut alie moueantur ab ea.

**C**onscientium autē non mouetur sed manet. Quoniam autē hec quidē vniuersalis existimatio: ratio: altavero particularis. **H**ec quidē enim dicit q̄ oportet tale agere: hic autē q̄ hoc quidē tale. et ego autē talis. iam hic mouet opinio: nō que vniuersalit: aut vtrq; sed hic quidem quiescens magis: hic autem non.

**V**irtus autem scientialis non mouetur sed quiescit: quia illa est existimationis et iudicij vniuersalis insimul: ista autē est particularis. **H**oc enim facit q̄ oportet tale facere talem actionem: et illud est quia ista res est sūm hunc modum: ego etiam sum sūm illum. **H**oc enim etiam mouet: sed non vniuersale: et vtrq; sed illa est quiescens: ista autem non.

**V**irtus aut que cōprehēdit vniuersale nō mouet ad cōprehēsum: q̄ ista virtus est existimationis tñi: et cōprehēsionis rei vniuersalis: res vniuersalis nō mouet oīno: cū nō sit aliquod hoc. i. singulare. **V**irtus em. q̄ cōprehēdit particularis est particularis: et mouet q̄n mouet. Intēdebat igit̄ hic per virtutē scientiale virtutē cōprehēdētē rē vniuersalē. **C**o. d. illa em. facit rc. i. virtus em. que cōprehēdit vniuersale affirmit q̄ oportet omne tale agat tale actionē: virtus aut particularis est que cōprehēdit exemplū sibi sūm hāc dispositionē quā affirmauit si esset sciens vt ageret illā actionē. proueniet igit̄ a cōprehēsione istarū duarū virtutū cōgregatio per quā sit actio. **C**o. d. hoc enim mouet rc. i. intentio enim particularis mouet: motio autē ad vniuersale: aut nō est ei: aut dicamus q̄ motio est vtrq. Sed est vniuersali quia est quiescens: et particulari q̄ est motū. et hoc intēdebat cū. d. illud autē est quiescens: istud autē non. i. sed si vniuersale fuerit mouēs erit sūm q̄ est quiescens: aliud autē particulare sūm q̄ est motum.

## Capitulum duo decimum.



Egetabilem quidem igitur animam necesse est habere omne quodcumq; viuum: et animam habet a generatione vscq; ad corruptionem. Necesse est enim quod generatur augmentum habere: et statum: et decremetum: hoc autem sine alimento habere impossibile. Necesse igitur inesse vegetabile potentiam in omnibus generabilibus et corruptibilibus.

Necesse est igitur ut anima nutritua sit in omni: et ut anima existat in eis de generatione vscq; ad corruptionem. Necesse est enim ut omne generatum habeat principium et finem: et descēsum: que non possunt esse sine nutrimento. Ergo de necessitate virtus nutritua est in omnibus rebus augmentabilibus et diminuibilibus.

**S**ed de **L**um compleuit sermonē de omnibus virtutibus anime vniuersalibꝫ aia. 14. 3. vult demonstrare que est ex eis in animalibus propter necessitas tē: et que propter melius. **C**o. d. necesse est igitur ut anima nutritua sit in 8. ph. 20. omni viuo de prima generatione vscq; ad corruptionem. Necesse est enim ut omne habens animā habeat cōcrementū et diminutionē: cū impossibile est ut subito veniat ad suam perfectiōnē postremam: sed descendendo paulatim:

et intrando in senectutem. Et quia causa crementi nihil aliud est quam nutritum: et causa diminutionis nihil aliud est quam defectus cibi reius paucitas: necesse est ut anima nutritiva sit in omni quod crescit in senescit: et quia omne vivum est tale: necesse est ut omne vivum sit nutritibile.

**C**onsensum autem non necesse in omnibus viventibus. Nec enim quoniam corpus simplex contingit habere tactum. Nec sine hoc possibile est esse. Nullum animal. Nec autem quecumque non susceptiva specterū sine materia. Animal autem necesse sensum non nihil habere: si nihil frustra facit natura. Propter enim aliquid omnia facit: frustae sunt natura subsistunt: aut concidentia sunt eorum que sunt frusta. propter aliquid. Stigitur omne processuum corpus non habet sensum corruptetur utique et ad finem utique veniet qui est nature opus. Quomodo enim aletur: manentibus quidem enim existit nutrimentum eo in loco: ubi nata sunt: quo nutriti possunt super natura.

**E**t non est necessarium sensibilem esse simpliciter: et impossibile est sine ista ut animal sit vivum: neque etiam in rebus que non recipiunt formam sine materia. Necesse est igitur ut sensus sit in animalibus: si natura nihil facit octosum. Omnia enim existentia per naturam aut sunt propter aliquid: aut sunt accidentia consequentia que sunt propter aliquid. Omne enim corpus ambulans sine sensu corruptitur: et non venit ad finem cum fuerit de actione nature. Notum est igitur quod de necessitate inuenietur sensibilis in animalibus. Quoniam secundum modum est motus sine sensu. Sed iste etiam est in eis que innata sunt quiescere.

**E**t non est necessarium ut virtus sensibilis sit simpliciter. scilicet in omnibus rebus que crescunt et corruptuntur. Sed in aliis tamen est necesse ut sit virtus sensibilis. Impossibile enim est sine hac virtute ut aliquid sit animal: et hoc est in rebus recipientibus eam: non in materia. hoc enim nomen a vita vocatur dicitur de eis et istis equinoce. et innuit corpora celestia. Deinde dicitur superioribus necesse est igitur ut sensus sit in aliis tamen: id est et apparet quod necesse est ut sensus sit in omni alio: et hoc quod non nihil facit ociose. **O**mnia vero sunt secundum modum est motus sine sensu. sed sunt accidentia continua naturae de necessitate et non intenduntur. **U**nus ergo pili qui oriuntur in locis non determinatis in corpore et cum ita sit si animal non haberet sensum cum hoc est ambulans statim corrumperetur antequam perenniret ad complemetum: et tunc natura ageret ociose: cum incepit generare entia que non possunt pervenire ad finem in maiori parte: aut oino. Notum est igitur quod necesse est ut virtus sensibilis sit in aliis tamen ambulantibus de necessitate. scilicet querentibus nutrimentum. **D**einde est enim secundum modum motus sine sensu. scilicet quod si inueniretur aliquid moueri in loco sine virtute sensibili: tunc illius esse est modo diuerso ab esse generabilem et corruptibilem: et innuit corpora celestia. Illa enim quod non sunt generabilia neque corruptibilia si haberent sensum: tunc natura ageret ociose: quemadmodum si ista mobilia generabilia et corruptibilia non haberent sensum: tunc natura ageret ociose. Deinde dicitur sed iste etiam est in eis que innata sunt quiescere. scilicet priuatio sensus deesse de generabilibus et corruptibilibus in eis quod innata sunt descrevere et non moueri ad nutrimenti. scilicet in vegetabilibus.

**N**on potest autem corpus habere quidem animam et intelle-

# Liber Tertius

Cum discretuum: sensum autem non habere: non mansuum extens: generabile autem: at vero neq; ingenerabile. Quare non habebit: aut enim anime melius aut corpori. Nunc autem neutrum est. Hoc quidem enim non magis intelliget. Hoc autem nihil erit magis propter illud.

**E**t impossibile est ut corpus habens animam et intellectum et iudicium sit sine sensu: cum non sit remanens: siue fuerit generatum: siue non fuerit generatum etiam. Causa enim propter quas habet hoc est q; non iuuatur per illud corpus et anima. Modo autem non est aliquid istorum etiam. Illud autem quia in maiori parte non intelliget. Istud autem quia in maiori parte non est.

**61** **D**ixit. Et impossibile est ut corpus habeat animam et intellectum sine sensu: cuz illud corpus non est remanens sed generabile et corruptibile: siue fuerit simplex siue cōpositū. **E**t hoc intendebat cū d. vt repūto generatum: aut non generatum: causa enim ppter quā dū esse corpus animatum intelligēs sine sensu si potest esse: est q; illud corpus animatum non adiuuatur per sensum neq; in aria: neq; in corpore. Sed si posuerimus corpus aiatum intelligentes esse non ḡnabile: neq; corruptibile: manifestū est q; no indiget sensu: cū non haberet sensus in ipso aliquod iuuamentum. Iuuamentum enim qd est per animam non habet: qz anima sensibilis impedit in maiori parte non intelligit. i. virtus autem sensibilis: qz in parte maiori non intelligit aiali intelligēti. Iuuamentum autem virtutis sensibilis que est per corpus non habet enī qz sensus in maiori parte non est cā longitudinis vite et durationis.

**P** **U**id. 2. ce. **61.** **E**t. 8. **m**e. c. 12. **E**t. 12. **m**e. 36. **A**lia sensi bili spedit i maiori pte. 36. 2. d **a**ia. 151. **E**t hoc intēdebat cū d. et ista in maiori parte non est. i. et sensus in maiori parte est causa quare res non fit idest ut corrumpantur: ideo sensibilia sunt minoris vite q; multe plante.

**C**Nullum ergo habet animam corpus non manēs sine sensu. Et vero si sensum hz: necesse est corpus esse aut simplex: aut mixtū. **I**mpossible autem est esse simplex: tactum enim non haberet. Est autem hunc necesse habere.

**E**t ppter hoc versi non est corpus motum habens animam si ne sensu. Sz si habet sensum: tunc de necessitate: aut erit simplex: aut composituz. Et impossible est ut sit simplex: quia non habet tactum: necesse est ut habeat ipsum.

**62** **T**o. et propter hoc quod declaratum est si est aliquid corpus motum habens animam non est generabile neq; corruptibile: tunc illud corpus non indiget sensu. Et tūc querendū est modo vtrum est corpus motum habēs animam sine sensu: aut nullum corpus est tale et innuit q; querendū est de hoc in alio loco. **D**einde dixit. sed si habet sensum et idest sed manifestū est hoc q; si virtus sensus est in aliquo corpore: necesse est ut illud corpus sit: aut simplex idest vnum quantum simplicium: aut compositum: ex eis qd est generabile et corruptibile: et impossibile est ut sit corpus simplex: corpus enim simplex impossibile est ut habeat sensum tactus: et necessarium est ut tactus sit in omni habente sensum.

**O** **H**oc autem ex his manifestum. Quoniam enim animal corpus animatum est. Corpus autem omne tangibile. tangibile au-

tem quod sensibile tactu. Necesse est et animal corpus tactuum esse si debet saluari animal. Alij enim sensus per altera sentiuntur: vt olfatus: visus: auditus. Tactus autem nisi habeat sensum non poterit: hec quidem fugere: illa vero accipere. Si vero hec impossibile erit saluari animal: propter quod et gustus est sicut tactus quidam. Alimenti enim sensus est. Alimentum autem corpus tangi possibile.

**C**Et hoc scitur de istis rebus quia animal est corpus animatum: et omne corpus est tangibile: et omne tangibile est sensibile tactu. ergo corpus animalis necesse est ut sit tangibile: si animalia in natura sunt euadere: et alijs sensus residui medianteibus alijs rebus. Verbi gratia olfatus et visus et auditus. Si igitur tangibile non inuenitur in sensu: impossibile est ut recipiat quedam: et fugiat quemdam: et sic impossibile est ut animal saluetur: et propter hanc causam gustus est sicut tactus. Est enim nutrimenti: et nutrimentum est corporis tangibilis.

**C**Et hoc scitur de his propositionibus. Quoniam omne animal est corpus animatum. Et omne corpus est tangibile. et omne tangibile est sensibile per tactum: ergo corpus animalis si debet saluari et euadere ab occasionibus: necesse est ut habeat tactum: et alijs sensus residui quos habet: comprehendunt alia sensibilia medianteibus alijs corporibus a suis propriis sensibili bus. Verbi gratia auditus: olfatus et visus. **S**i igitur animal non sentit corpora tangibilia: tunc impossibile est ut veniat ad quedam corpora et via tur eis in aliquo iuventu: aut ut fugiat quedam nocentia. et cum ita sit impossibile est ut animal saluetur. **D**.d. et propter hanc causam et c. i. propter hanc necessitatem sensus gustus est necessarius in animalibus sicut est tactus. Gustus enim est propter nutrimentum scilicet ad cognoscendum conueniens ab inconveniente. et nutrimentum est in corpore tangibili. et ideo necesse est ut gustans sit tangens: sicut declaravimus prius.

63

2. de ani-

ma. 101.

**C**Sonus autem et color et odor non alunt neque faciunt augmentum neque decremetum. Quare et gustum necesse est tactum quemdam esse: quia tangibilis et vegetativi sensus est. **H**ic quidem igitur necessarii sunt animali: et manifestum est non possibile sine tactu animali esse. Alij autem propter bonum: et generi animalium tam non cūcunq; sed quibusdam: ut processu: necesse inesse. Si enim debet saluari non solum tactum opz sentire: sed et de longe.

**C**Sonus autem: et color et odor non nutritur: neque fit ex eis augmentum: aut diminutio: et propter hanc causam gustus de necessitate fuit aliquis tactus: quia sensus non est nisi tangibilis: et nutritibilis. **I**sta autem est animalium de necessitate. Et manifestum est quod impossibile est animali esse sine sensu. **I**sta autem alia sunt ut sint meliora: et hoc non accidit cuilibet generi animalium: sed quibusdam. Et sicut necesse est ut istud sit ambulans si innatum est saluari: et non ut sentiat quando tetigerit tantum: sed a remoto etiam.

## Liber Tertius

64 **D**ixit. Sensus autem et color et odor non nutritur corpus quod veniunt super ipsum; neque faciunt in corpore additionem: aut diminutionem: sicut facit nutrimentum: et propter hanc causam quam dicit: gustus de necessitate est aliquis tactus. I.e. quia sensus gustus est aliquis tangibilis nutrientis: et hoc intendebat cum. D. qz sensus non est nisi tangibilis. D. d. isti autem sunt animalia de necessitate: et intendebat sensus tactus et sensum gustus. Deinde. d. isti autem aliij. i. tres sensus alijs. Deinde dicit et hoc non accidit et isti tres sensus non inueniuntur in quolibet genere animalium sed in quibusdam. D. d. et sicut est necessarium ut istud sit ambulans et id est et sicut animal cum necessitate est ei ut sit ambulans si innatum est salvare: perfectus est ei ut non possit prehendat sensibilia noctua: et utilia de propinquio tantum: et per tactum: sed ex remoto etiam: quoniam per istos duos modos sentiendi salvabitur perfectus melius.

**C**hoc autem erit si per medium sensituum fuerit: eo quod et illud quidem a sensibili patitur et mouetur: ipsum autem ab illo. Si cut enim mouens secundum locum usque alibi permutari facit. Et depellens alterum facit et ut pellat: et est per medium motus. primum quidem mouens depellit et non depellitur. Ultimum autem solum depellitur non depellit. Medium autem utrumque. Multa autem media. Sic in alteratione: preter quod manens in eodem loco alterat: ut si in ceram tinxerit aliquis usque ad id mota est usque tinxit. Lapis autem nihil: sed aqua usque procul. Aer autem ad plurimum mouetur: et facit et patitur si maneat et unus sit. Unde et de re percussione est melius quam visum egrediendo reperiuti: aerem autem pati a figura et colore usque quo quidem sit unus. In leni autem est unus propter quod iterum hic visus moueret. Sicut utrum si in ceram sigillum ingredieretur usque ad finem.

**E**t hoc non erit nisi quando fuerit sensibile per medium: quia aut illud patitur a sensibili et mouetur: hoc vero ab illo. Et quem admodum illud quod mouet in loco agit quousque transmutetur et similiter quod expellit aliud: donec expellatur. Et erit motus per medium. Primum autem mouet: aut expellit absque eo quod expellitur. Aliud autem expellitur tantum: et non expellit. Medium autem habet utrumque. Et media sunt multa. Et sic est de transmutatione: sed quiescens in eodem loco. Et sicut qui imprimet in cera imprimet quando mouet: et ad locum ad quem peruenit impressio. Lapis enim non imprimitur omnino: sed aqua imprimatur in remoto spacio. Et aer mouetur multum: et agit et patitur si remanet et est idem. Et propter hanc causam melius est ut aer patiatur per conuersionem a corpore et a colore quod possibile fuerit: aut visus per transmutationem et conuersionem. Et est idem in rebus lenibus: et ideo hoc mouet visum etiam sicut sigilli extensis in cera redditur ad ultima eius.

65 **D**ixit. Et hoc sentire quod est ex remoto fit quando sensibile mouerit sensum per medium: quoniam quando illud quod est medium patitur et mouetur a sensibili: et hoc quod est sensus patitur a medio. Deinde dixit: sicut

Illud qđ mouet in loco rc.i. & quēadmodū corp⁹ monēs in loco indiget in hoc qđ moueat vt agat quousq; moueāt & transmutet: & similiter illud qđ expellit aliud indiget vt expellat: & tunc expelletur: et sic motio in talibus rebus cōponitur ex tribus ad min⁹. s. primo motore: et medio: et postremo moto. primum autē motor expellit et mouet: et non mouetur. Postremum autem motum expellitur et mouetur: & nō mouet. Mediū autē facit vtriusq; s. mouet & mouet. Mediū autē potest esse vnu & potest esse pl⁹ vno. 8. ph. 34. D. d. et sic est de trāsmutatione rc.i. et fin dispositionē quā narravimus 2.35. vide de motu in loco. s. q cōponitur ex tribus rebus: ita est de hac transmutatio p illo eti⁹ ne que sit a sensibilibus sensuū per media. Sensibilia em̄ mouent & nō mos uentur: et media inter ea mouent sensus: et mouent a sensibili⁹: et sensus ma. 115. mouent & nō mouent. Sed est differēta inter ea q̄ ista transmutatio q̄ est in istis rebus media est: et mediū permanens in eodē loco: et nō trāsferunt ab eo: illic autē mediū transserunt: et similiter postremū motu. Et cū des clarauit ea in quibus cōmunicat ista trāsmutatio cum trāsmutatione in loco: et in quibus distinguit ab ea: dedit exēplum in hoc et dicit et sicut qui imprimit ceram rc.i. et iste motus qui est mediū in suis partibus a sensibili valde est similis impressioni sigilli in cera: et quēadmodū cera mouetur cum suis partibus a sigillo: et ille motus peruenit in ceram ad quodcūq; potest peruenire virtus imprimentis: et cera permanet in omnib⁹ suis partibus: ita est dispositio in motu mediū cum sensibilibus. s. q exprimitur ab eis: et expellitur ad omne ad qđ peruenit expressionis virtus: & est permanens in suo loco non motu. Deinde dixit: lapis autē rc.i. et iste motus non adaptatur in omni corpore: lapis autē et sibi simile nō exprimitur omnino: sed exprimitur illud quod est sicut aqua: aqua em̄ videtur exprimi i res moto spacio: et similiter aer. Multotiens em̄ videt agere et pati ab expressione quando fuerit fixus sūm totum non motus neq; diuisus. Deinde dicit: & propter hanc causam melius est vt aer patiatur rc.i. et quia in medio possibilis est hec impressio: ideo melius est dicere in conuersione que fit in audibilis et visibilis: q̄ nihil aliud est nisi quaerit aer conuertitur per illum motum qui est in eo: et illam passionem que fit ex sensibilibus & visibilibus quando occurrit aliquid in quo non potest pertransire ille motus secundum rectitudinem ad sensus: melius est q̄ dicere conuersionem esse corporum extra visum: sicut dicunt quidam antiquorum: et concedit aspectui: cum nulla sint illic corpora extrinseca. Deinde dicit et est in istis rebus lenibus rc. id est et iste motus est in rebus humidis: & hoc intēdebat per lenibus idem: et ideo aer mouet visum etiam: quemadmodum si sigillum existens in cera redderetur ad postremum finem: adeo q̄ moueret aer in parte secunda: ita sensibile mouet aerem: ita q̄ pertransitur per ipsum ad superficiem tangentem sensum: & sic mouet sensum. 2.5 atq; 15

### Capitulum decimumtertium.

 Quid autem impossibile sit simplex animal corpus esse: manifestum est. Dico autem puta igneum: aut aereum. Sine quidem enim tactu: neq; vnum contingit altum sensum habere. Corpus enim tactuum animatum omnes sicut dictū est. Alia autē preter terrā sensitiva quidē vtrīq; fierent. Omnia autem eo q̄ per alterum sentire faciant sensuū & per medium. Tactus autē est in tangendo ipsa: propter quod & habet hoc nomen: & tamen alti sensus tactu sentiunt: sed per altera. Hic autem videtur solus per seipsum: quare huiusmodi elemen-

# Liber Tertius

torum nullum utiq; erit corpus animalis: neq; itaq; terrenum. **O**mnum enim tangibilium tactus est sicut medietas et susceptius sensus. Non solum quecunq; differentie terre sunt: sed calidi et frigidi: et aliorum omnium tangi possiblum. Et propter hoc os fibus et capillis: et huiusmodi partibus non sentimus: quia terree sunt: et plante etiam ob hac neq; vnum habent sensum: quia terree sunt: sine autem tactu: neq; vnum possibile est esse. Aliuz hoc autem sensitiu non est neq; terre: neq; ceteroru vllis elementoru. **C**Manifestum est igitur q; impossibile est vt corpus animalis sit simplex: sicut ignis: aut aer. Impossibile est enim vt habeat vnu aliuz sensum preter tactum. Omne enim corpus animalium est tangibile secundum q; diximus: et illa alta sunt instrumenta sensus preter terram: omnia enim faciunt sensus: quia sentiunt per altud: et per medium. Tactus enim fit tangendo: et ideo vocatur hoc nomine: et hoc est cum alia instrumenta sensus non sentiant: nisi mediante tactu: sed non est mediantibus alijs: illud autem existimatur contentum per se. Et ideo nullum istorum elementorum est corpus animalis: neq; terra Tactus enim est quasi medium alijs sensibilibus. Et instrumentum sensus recipiens non congregat tantum mutationes terrestres: sed etiam calidum et frigidum et alia tangibilia. Et ideo no sentimus per ossa et pilos: et per tales partes. Et ideo vegetabilia non habent aliquer istorum sensuum: quia sunt ex terra. Impossibile est enim vt ali sensus sit sine tactu. et hoc instrumentum quod est sensui non est ex igne neq; ex aliquo illorum aliorum elementorum.

66 **D**icit: impossibile est vt corpus animalis sit simplex. Impossibile est

36 scđo 5 ne enim animal habeat aliquem trium sensuum sine tactu. Omnia 130. etiam debet esse tangens. Deinde dicit et illa alia et corpora simplicia sunt instrumenta trium sensuum: preter terram que non est instrumentum alciuius sensus: et hoc fuit quia omnes illi sensus: scilicet tres agit sensum: quia indigent simplicibus instrumentis et medio extrinseco. et de-

5 nudatis a sensibilibus scilicet vt instrumentum in visu et medium non habeat colorem: neq; in olfactu odorem: neq; in auditu sonum. et que denudatur ab ipsis: aut sunt corpora simplicia: aut in quo dominatur corpora simplicia sed tactus differt ab ipsis sensibus: quia comprehendit suum sensiblem sine medio. et ideo nullo elemento medio vltur in extrinseco. et cum declaratum est hoc de sensu tactus: necesse est vt suum instrumentum non sit positiu. 2. sensibus. Alij enim sensus si possent denudari a tactu: tunc possibile esset q; 107 108. vscor; corpus animalis habentis illos sensus esset simplex. Tactus autem est ecos trario scilicet impossibile est q; suum instrumentum sit simplex. Omne enim instrumentum debet denudari a sensibili: et quia impossibile est vt aliis quod corpus denudetur a quatuor qualitatibus: necesse est vt instrumentum istius sensus sit medium. i. admixtum ex elementis. et cum ita sit contingit vt ista virtus sit causa essentialis: quare corpus animalis est cōpositi.

2. **D**einde dicit cum hoc q; alia instrumenta sensus ic. id est: et cum ali sens

fus vtuntur elementis tribus pro instrumentis et medijs: necesse est ut tactus non vtratur aliquo eorum: et quod suum instrumentum sit compositum non simpler: licet instrumenta quibus illi vtuntur non possint denudari a tactu: et ex hoc modo sunt composta: et si hoc non esset: necesse esset ut essent simplicia. Deinde dicit sed hoc est per alia media: sed indigentia eorum a tactu non est indigentia eius: quod comprehendit suum sensibile per illuz sine medio: sed per alia media et per alia instrumenta. Deinde dicit. et ideo nullum istorum elementorum et c. idest et propter hoc quod diximus: nullum istorum est corpus animalis: neque terra etiaz sibi quod est simplex aut proprius simplex: cum alijs sensus vtrantur elementis quasi instrumento et me- Lib. 2. de dio. et ista est alia virtus ab illis: quapropter non vtitur elementis pro ins alia. 118. strumento: cum suum instrumentum debet esse medium inter tangibilia: cum non possit denudari a qualitatibus tangibilibus: neque posset comprehendere tangibilia si esset tangibilis simplex id est in fine alicuius qualita- tis tangibilis. Deinde dicit et recipiens non congregat scilicet id est et recipies tactum non de necessitate habet qualitates terrestres tantum: sed calidum et frigidum et alia tangibilia: et ideo necesse fuit ut recipies tangibile sit medium: cum non possit denudari ab omnibus: neque etiam posset sentire si alia qua alia qualitatum tangibilium de: iudaretur in eo: ideo non sentimus per ossa: neque per pilos propter dominium qualitatum terrestrium in his corporibus: et ideo vegetabilia non habent sensum tactus: quapropter nece- quis aliquos sensus: quia impossibile est alios sensus inueniri sine tactu: in strumentum tactus neque est ignis neque aliud corpus elementorum: neque est corpus attributum eis sibi dominium.

**M**anifestum igitur quoniam necesse hoc solo priuata sensu animalia mori. Neque enim hunc possibile est habere non animal existens. Neque cum sit animal alium necesse est habere preter hunc. Et propter hoc quidem alia sensibilia excellentiss non corrumpt animal: ut color: et odor: et sonus: sed solum sensituum nisi sint secundum accidens: puta si simul cum sono depulsi- fiat: et ictus. Et a visis et odore alia mouentur que tactu cor- rumpunt. et favor autem secundum quod accidit simul tactus esse sic corripit. Tangibile autem excellentia: ut calidorum et fri- gidorum et durorum corruptit animal.

**D**eclaratum est igitur quod animalia moriuntur necessario quando caruerint hoc sensu tantum. Et quod est impossibile ut non sit in animalibus. Animalia enim non de necessitate habent alium sensum nisi istum: et ideo alia sensibilia non corruptunt animalia per dominium. Verbi gratia. color: et sonus: et olfatus: sed tan- tum corruptunt instrumenta sensus: nisi hoc sit per accidens. Verbi gratia quod cum sono sit magna percussio. Omnes enim isti corruptunt animalia: sed per accidentia. Et ideo sapores etiam nocent animalibus mediante gustu. Gustus enim est aliquis tactus. Dominum autem tangibilem. Verbi gratia. calidi et frigidi et duri corruptunt animalia.

**D**icit declaratu igitur est ex hoc sermone quod alia moriuntur quoniam caruerint ta- ctus: et impossibile est ut iste sensus non existat in animali dum alia est alia: quod u

## Liber Tertius De Anima.

nō est de alijs sensib⁹:nō em̄ necessariū vt aīal habeat aliū sensuī preter tactum: et propter hoc dominium et vigor aliorū sensibilium non corrum pūnt animal. Verbi gratia. fortis color et fortis sonus: et fortis odor: sed ta men corrumpunt sua instrumenta propria nisi per accidens. Verbi gratia. quando cum sono fuerit magna percussio: et similiter de colore et odore. Sa poies autem nocent animalibus essentialiter: mediante gustu. Gustus em̄ est aliquis tactus: sed qualitates corrumpentes animalia sunt tangibles. Verbi gratia calidum: frigidum et durum.

**O**mnis quidem enim sensibilis superfluitas corrumpit sensi-  
tuum. Quare et quod tangi potest tactum. Illoc autem determi-  
natū est vivere. Sine enim tactu monstratum est q̄ impossibi-  
le est animal esse. Unde tangibulum excellentia non solum corrū-  
pit sensituum: sed et animal. Quia necesse est solum habere hūc  
animalia. Alio s autem sensus habet animal: sicut dictum est: nō  
propter esse: sed propter bene esse: vt visum quia in aere et in  
aqua vt videat: omnino autem quoniam in diaphano. Gustum  
autem propter delectabile: et tristis vt sentiat quod in alimento: et  
cōcupiscat: et moueat. Auditum autem vt significetur aliquod  
ipsi. Lingua autem habet quatenus significet aliquid alteri.

**E**t dominium cuiuslibet sensibilis expellit instrumentum sen-  
sus: et ideo tangibile expellit. Et per istum fuit diffinitum scilicet  
vluere. Animal enim impossibile est vt sit sine tactu. Et ideo do-  
minium tangibilis non tantum corrumpit instrumentum sen-  
sus: sed etiam et animal. Quia est necessarium animali vt sit ens:  
nō vt sit in meliori dispositione. Illi autem alijs sensus sunt in ala-  
li propter melius. Visus autem vt aspiciat in aere et aqua. Et gu-  
stus vt sentiat delectabile et tristabile. Et vt habeat appetitum et  
moueat. Et similiter de olfactu. Auditus vero vt audiat rem.  
Lingua vero vt significet rem alto modo.

68 **I**dest: et dominium omnis sensibilis quando fuerit intensum corrumpit  
suum instrumentum proprium sive fuerit tactus sive alterius. Deinde di-  
cit: et propter istum fuit diffinitum et. idest: et per hanc virtutem scilicet tactus  
diffinitur animal: et causa in hoc est quia impossibile est vt animal sit sine  
tactu: et ideo accidit q̄ tangibile intensum non tantum corrumpit instru-  
mentum sensus: sed animal essentialiter: quia sensus tactus est de rebus, ne-  
cessariis animali scilicet vt sit ens non secundum q̄ sit esse melioris: sicut  
est de alijs sensibus residuis. Deinde dicit. visus autem vt aspiciat in aere:  
et aqua: et similiter de gustu scilicet q̄ primo est propter appetitum cibi: au-  
ditus autem vt audiat rem. idest sonos: et intelligat per eos in animalibus  
rationabilibus et in alijs brutis in animalibus rationabilibus et intelligant  
intēciones quas significant verba: lingua autem vt notificet rem alio mo-  
do: et innuit vt puto iuuamentum quod est in verbis non gustus: hoc enī  
iuanmentum magis appetit propter melius q̄ in gustu: quoniam gustus  
reputatur esse necessarius propter suam vicinitatem tactui. Alij autem sen-  
sus sunt propter melius: et precipue visus et auditus: et hoc est manifestum.

**F**inis librorum de Anima Brissoteli philosophorum principis.



Uoniam autem de anima secundum seipsam determinatum est prius: et de virtute qualibet ex parte ipsius: consequens est facere considerationem de animalibus: et vitam habentibus omnibus: quae sunt proprie et communes operationes eorum. Que igitur dicta sunt de anima subhiciantur: de reliquis autem dicamus: et primum de primis. Uidentur autem maxima et communia et propria animalium communia esse et corporis et anime: puta sensus: et memoria: et ira et desiderium: et omnino appetitus: et cum his gaudium et tristitia: etenim hec fere in sunt omnibus animalibus: cum his autem hoc quidem omnium sunt vita participantium communia: hec vero animalium quibusdam. Existunt autem horum maxime quatuor coniugationes sole numero: velut vigilia: somnus: et iuuentus: et senectus: et respiratio: et expiratio: et vita: et mors: de quibus considerandum quid physici est unumquodque eorum: et quibus pro causis accidit. Verum physici est de infirmitate et sanitate prima inuenire principia. Nec enim te sanitatem nec sanitatem possibile est fieri carentibus vita. Quare refere physicorum plurimi et medicorum qui magis physice arte cipiunt. Prosequuntur hi quidem finiunt ad ea que de medicina: hi vero ex his que de natura incepunt de medicina. Quod autem omnia dicta communia sint anime et corpori: non immanifestum est: omnia enim hec cum sensu accidunt: hec vero per sensum: quedam autem hec quidem passiones huius entes existunt. hic vero habitudes hi autem conseruationes: et salutaria hoc vero corruptiones et priuationes. Sensus autem quoniama per corpus sit anime: manifestum est et per sermonem et absq; sermone.



Et de sensu et sentire quid sit: et quare accedit animalibus hec passio: dictum est prius in his que de anima. Animal autem secundum quae animal necesse est unumquodque habere sensum: per hoc enim determinamus animal esse: et non animal. Proprius autem secundum unumquodque tactus et gustus insequitur omnia necessario. Tactus quidem propter dictam causam: in his quede anima. Gustus vero propter escam: delectabile enim et tristabile discernit ipse circa escam: ut hoc quidem fugiat: hoc autem prosequatur: et omnino sapor est nutritive partis passio. Sensus autem qui per exteriora proficiuntur ibi ipsum insunt quemadmodum odoratus auditus visus: omnibus quidem habentibus vitam causa salutis insunt: ut presentia prosequantur alimentum: mala autem et corruptiva fugiant. Et habentibus autem prudentiam

Aristo. quia natura.

Quare gustus.

# De sensu & sensato.

enit quod bene gratia: multas enim annunciant differentias ex quibus contemplabilium inest discretio et agibilium. Horum autem ipsorum ad necessaria quidem mellor est visus & secundum se: ad intellectum autem & secundum accidentis auditus. Multas quidem differentias & multimodas visus annunciat potestate: quia omnia corpora colore participant: quare et communia magis per hoc sentiuntur. Dico autem communia/magnitudinem: motum: quietem: figuram: numerum: auditus autem sunt tantum differentias: paucis autem & eas que vocis. Secundum vero accidentis ad prudentiam auditus plurimam confert partem. Sermo enim audibilis existens causa est discipline: non secundum se: sed secundum accidentis. Et nominibus enim constat: nominum vero unumquodque symbolum est. Quare sapientiores sensus. Ex nativitate priuatorum utrumque sensu sunt ceci: mutis & surdis. De virtute itaque quam habet sensuum unusquisque dictum est.

## Capitulum secundum

Opinio  
ponens  
ignem iocu  
lo pdomi  
nari.

Improbatio.

Motini  
solutio.



A quibus autem habent fieri corporis instrumentis quidam quidem querunt que secundum elementa corporum: non potentes autem ad quatuor: quinq[ue] existentibus coaptare cunctum de quinto. Faciunt autem omnes visum ignis: quia passionis cuiusdam ignorantiam causam. Constrictio enim & moto oculo videtur ignis lucere: hoc autem in tenebris videtur accidere ut palpebras superuelantibus: fiunt enim et tenebre. Habet autem dubitationem hoc & alia. Si enim non est latere sentientem et videntem: visibile quidem necesse erit se videre oculum: quare ergo quiescente illo hoc non accidit. Causa quidem huius et oblectionis et putandi ignem visum esse hinc propter sumenda. Lenia enim in tenebris nata sunt fulgere: non tamen ad moto lucem facere: oculi autem vocatum nigrum et medium lene apud oculum paret. Apparet autem hoc moto oculo: quia accidit quasi duo apparent fieri unum: hoc autem celeritas facit motus: ut videatur aliud unum. Ut si visus esse videns et visum: quare et non sit nisi celeriter et in tenebris sio fiat et hoc accidat. Lene enim in tenebris natum est fulgere: quemadmodum mittendo dum quedam capita piscium & sepi turbedo: et lente moto oculo plonis non accidit ut videatur simul unum & duo esse videns & visum: opinio. Illo autem modo ipse seipsum videt oculus: quemadmodum est in refractione. Quoniam si ignis esset quemadmodum dicit enim Empedocles et in Thimeo scribitur: et accideret vi-

Cere exente: quemadmodum ex lucerna lumen: quare non et  
 in tenebris videtur utique visus. Dicere autem quod extinguatur in  
 tenebris egrediens: sicut Thales dicit vanum est omnino: que  
 enim extinctio luminis est: extinguitur enim aut humido aut frigido:  
 calidum et siccum: qualis videtur quidem in carbonibus  
 ignis et flamma: quorum neutrum in lumine appetit existens.  
 Si igitur est quidem: sed propter debilitatem latet nos: oportet  
 per diem: et in aqua extingui lumen: et in glaciebus magis fieri  
 tenebras. Flamma enim et ignis corpora patiuntur hec: nunc vero  
 autem nihil tale accedit. Empedo. autem videtur existimare Emp. opf.  
 quod exente lumine sicut dictum est prius videre: ait enim ut cum nio.  
 quis progressum meditans preparavit lucernam hyemalem per  
 noctem ignis ardoris accidentis ut omnium ventorum impetus  
 prohibeat: ventorum enim spiritum dispergit flantum: lumen  
 autem extra dissiliens quanto magis expansum fuerit illustrat:  
 per velum domitis radibus: sic quod mirabiliter concitatum antiquum  
 lumen subtilibus: linteis diffunditur circulo per pupillam que  
 aque quidem profundum reuelauerunt circumfluentis: lumen  
 autem extra peruenit ut quando magis expansum fuerit: aliquando  
 quidem igitur sic videre ait: aliquando autem de fluxionibus 3  
 his que ab his que videntur. Democritus. autem quoniam opinio.  
 quidem aquam dixit esse: bene dixit: quia autem putauit ipsum  
 videre esse illam apparitionem non bene. Hoc autem accedit quo  
 niam oculus levius est: et est non in illo: sed in vidente: passio enim  
 refractio est. Sed omnino de apparentibus et de refractione non  
 dum ipsi manifestum erat ut videtur. Incongruum autem erat  
 et non superuenire ipsi dubitare quare solus oculus videt. Nullum  
 autem aliorum in quibus apparent idola: quod visus nam  
 est aque: verum quidem: non tamen accedit videre secundum 2  
 quod aqua est: sed secundum quod est perspicuum: quod et aque  
 et aeri commune est. Sed magis seruabilius est aqua aere: et ma-  
 gis spissum. quare pupilla et oculus aque sunt. et hoc est quod in  
 ipsis operibus manifestum est: videtur enim aqua quod discutit  
 corruptis oculis: et in omnino nouiter formatis frigiditate ex-  
 cedens et claritate. et album oculi in habentibus sanguinem  
 pinguem et crassum: propter hoc est ut permaneat humidum in  
 coagulatum: et ideo corporis minime rigens est oculus: nullus  
 enim quod infra palpebras est unquam riguit: animalium  
 vero que sine sanguine sunt dure pellis sunt oculi: et hoc facit  
 proportionem. Irrationabile autem omnino est exente quo-  
 dam visam videre: et aut extendi usque ad astra: aut quodam te-  
 nus prodeunte coadherere: sicut quidam dicunt. Isto enim mes-  
 lius est in principio contingi oculi: sed et hoc stultum. Quid  
R 2

## De sensu & sensato.

enim coniungit est lumen lumini: vel quomodo possibile esse hoc? Non quodlibet coniungitur cuiuslibet: et interius exteriori: quomodo mirum est intus est. Quod quidem igitur sine lumine impossibile est videre dictum est in aliis: sed siue lumen siue aer est: quod est inter rem visam: et oculi motus qui per ipsum facit videre: et

**20** rationabiliter quod interius aque est: aqua enim perspicua est. Ut detur autem sicut exterior non sine lumine ita et interius: perspicuum enim oportet esse. Necesse ergo aqua esse: quod non est aer. **C**um enim in ultimo oculi in anima: aut anime sensitum est. Sed manifestum quoniam interius: quare necessarium: perspicuum esse et recepsibile luminis quod interius oculi. et hoc etiam ab accidentibus manifestum. Nam enim in quibusdam vulneratis in bello iuxta tempora: ita ut abscederentur pori oculi accidit fieri tenebras sicut lucerna extincta: eo quod quasi lampas quedam absolta sunt perspicuum vocatum pupilla. Igitur siquidem in his accidit sicut diximus: manifestum quod si oportet secundum hunc modum attribuere et assignare unumquodque sensituum vni elementorum: oculi quidem visuum aque existimandum: aeris vero sonorum sensitum.

**C**ognitus autem odoratus: quod enim actu odoratur hoc potestia odoratum: sensitibile enim facit agere sensum: quare necesse

**Q**uo: et in sensibilia exterioribus proportionem tur. est ipsum potentia prius existere. Odor vero fumalis euaporatio est: fumalis autem euaporatio ab igne: propter quod est omne cerebrum in loco odoratus proprium sensitum. potentia enim calida que frigida materia. Et oculi autem generatio eundem habet modum. Et cerebro enim constat: cerebrum autem humidius et frigidius omnibus partibus corporis. Tactuum autem terre: gustuum vero quedam species tactus est: et ideo iuxta cor: sensitum est ipsorum: scilicet gustus et tactus. Et enim oppositum est cerebro: et est calidissimum partium. Et de sensitivis quidem partibus corporis hoc modo sit determinatum.

### Capitulum tertium.

**S**ensibilibus autem his que secundum unumquodque sensitum: puta: dico colore: et sono: et odore: et gustu: et tactu: universaliter dictum est in his que de anima: que actiones ipsorum in his que de anima: et quid operari secundum unumquodque sensituum. Quid autem oporteat dicere quodlibet eorum scilicet quid color: quid sonus: quid odor: quid sapor: similiter et de tactu considerandum est: et primum de colore. **C**est quidem igitur unumquodque dupliciter dictum: hoc quidem actu: hoc autem potentia. Quomodo quidem igitur actu: color: et sonus: et quomodo est idem vel alterum his que secundum actum sensitibus: puta visione et auditione: dictum est in his que de anima. Quid autem unumquodque eorum existens faciat sensum et actum nunc dicamus. Quemadmodum igitur dictum est de lumine in aliis quod



Sensiti  
gustu et ta  
ctu est iux-  
ta cor.

sit color perspicut sibi actus: quando enim inest aliquid ignitum in perspicuo: presentia quidem lumen est: priuatio vero tenebre. Quod autem dicimus perspicuum non est proprius aeris: aut aque: nec alicuius sic dictum corporum: sed est quedam communis natura & virtus: que separata quidem non est: in his vero est & in alijs corporibus inest: in his quidem magis: in his autem minus. Quoadmodum ergo & corporum necesse est ultimum esse & huius luminis: quid igitur natura in indeterminato perspicuo est: ipsius autem & corporibus perspicut ultimum: quod quidem erit: utique aliquid palam est. Quod autem hoc sit color ex accidentibus manifestum. Nam color in extremitate: aut extremitas est. Unde pythagorici epiphaniam colorum vocabant. Est quidem enim in corporibus extremitate: sed non est extremitas corporis: sed eandem naturam oportet existimare que exterius coloratus hanc & interius. Videntur autem aer & aqua colorata. etenim aurora tale: sed ibi quidem quoniama indeterminatio accidit non eundem colorem habet accidentibus prope & longe: nec aer nec in aere. In corporibus vero nisi continens faciat transmutationem determinata est phantasia colorum. Manifestum est igitur & ibi & hic idem susceptuum colorum est: perspicuum ergo sibi & existit in corporibus: inest autem plus aut minus: in omnibus colores facit permutari: quem autem in extremitate color: utique huius extremitas aliqua erit. Quare color utique est perspicui extremitas in determinato corpore. Et ipsorum autem diff. coe perspicuum: puta aque: & si quid aliud tale quoscumque videtur locis. aliquis color proprius esse sibi extremitatem similiter omnibus inest. Est ergo inesse perspicuo hoc quod quidem & in aere facit lumen: est autem non: sed priuatum esse: quoadmodum igitur ibi: hoc quidem lumen: hoc vero tenebre: ita & in corporibus album & nigrum insit. De alijs autem coloribus iam diuidentes quot modis contingit fieri dicendum. Contingit enim secus inuicem positis albo et nigro: ita & unumquodque eorum sit inuisibile propter paruitatem: quod autem ab ambobus visibile sic fieri: hoc enim neque album potest videri neque nigrum. Quoniam autem necesse est quidem quendam colorum habere: neutrum autem horum possibile est. Necesse est comitatum esse & speciem quandam coloris aliam: est quidem ergo sic accipere plures esse colores quam album & nigrum. Multos autem proportionem: tria enim ad duo & tria ad quatuor: & sibi altos numeros est secus inuicem iacere. Ita autem omnino sibi nullam proportionem sunt: sed sibi abundantiam & defectum quendam incomme surabilem. Eodem itaque modo oportet hoc habere consonatissimis. Qui quidem in numeris proportionatissimis colores quemadmodum ibi concordantias. Ita autem delectabilissimi colorum esse videtur veluti coccineus & puniceus: pauci autem tales propter causam: propter quam quidem & symphonie paucem: qui autem non

## De sensu & sensato.

In numeris alti colores: vel etiam omnes colores in numeris esse ordinatos: inordinatos autem & hos ipsos quando non sunt: & non sunt in numero tales fieri. Unus quidem modus generationis colorum hic est: unus autem apparere per alternos quem admodum animalium pictores faciunt: alterum colorem super alterum manifestorem superponentes: quemadmodum quando in aqua vel in aere aliquid volunt facere appares: & quemadmodum sol secundum se albus quidem videtur: per caliginem vero & fumum puniceus. Multi autem & sic erunt colores eodem modo prius dicto: proportio enim erit utrum quedam eorum qui in superficie ad eos qui in profundo: quidam autem & omnino non sunt in proportione. Dicere autem sicut antiqui defluxionem esse colorem & videri propter talam causam incongruum: omnibus enim modis per tactum necesse ipsis facere sensum. Quare mox melius est dicere per moueri inter medium sensus a sensibili fieri sensum: quod tactu & defluxionibus intrinsecis. Inuicem igitur quodam positis necesse sicut & magnitudinem accipere inuisibilem: ita & temporis insensibile: ut lateant motus peruenientes et unum putetur esse per simul apparere hic autem nulla necessitas sed qui in superficie color immobilis existens: & motus a supposito non similem faciat motum: quare aliud apparebit: & nec album nec nigrum. Quare si non contingit nullam magnitudinem esse inuisibilem: sed quamlibet ab aliqua distantia visibilem: et hec utrum quedam colorum commixtio. Et illo autem modo nihil obstat quin appareat quidam color communis eis qui a longe. Quoniam enim non est nulla magnitudo inuisibilis in his que deinceps considerandum est. Si autem commixtio est corporum non solum secundum hunc modum quem putant quidam: solis secus inuicem positis minimis immanifestis a nobis propter sensum: sed omnino omnium apud esse: sicut in eis que de commixtione dictum est vniuersaliter de omnibus: illo enim modo miscentur hec solum quecunqz contingit dividere ad minima: quod admodum homines equis aut semina: hominum vero homines minimum: equorum vero equum. Quare horum secus inuicem positione multitudo commixta est que simul utrumque hominem non unum unum equo non dicimus commisceri. Quecunqz vero non dividuntur ad minimum horum commixtione non continet fieri secundum hunc modum. Sed per commisceri ex toto: que quidem & commisceri maxime nata sunt: quomodo autem hoc fieri possibile in his que de commixtione dictum est prius. Simil autem que sit necessitas commixtione in illis: & colores misceri manifestum est: & hanc causam esse principalem quod multi sunt colores: sed non supernationem nec secus inuicem positionem. Non enim de longe quidem: de prope autem non videtur

vnum commixtorum colorum: sed vnumquodq. Multi autem erunt colores: quoniam multis contingit proportionibus commisceri sibi nulcem commixta: hoc quidem in minimis: hoc autem secundum abundantiam solis: et alia eodem modo: quo quidem in seclus inuicem positis coloribus: aut de supernatatione continet dicere et de commixtis. Sed qua de causa colorum species determinare et non infinite: et saporum et sonorum posterius considerandum. Quid quidem igitur sit color: et qua de causa multi colores dictū est. De sono autem et de voce prius in his q̄ de aīa dictū est.

### Capitulum Quartum.



**C**Odore vero et sapore dicendum: fere enim eadem est passio: non eidem autem est vtrunc ipsorum.

bent multam carnem plus vivunt quoniam causa multitudinis carnis est  
caliditas et humiditas: et propter paucitatem coitus vivit mulus plus  
quam equus: et femine plus quam masculi: et qui habitant in regionibus  
calidis et humidis sunt longioris vite: et hoc accedit propter accidentis scilicet  
propter paucitatem putrefactionis: et serpentes qui sunt multe humili-  
ditatis et caloris sunt longioris vite quam serpentes qui sunt in locis cas-  
tidis siccis: aut frigidis et siccis: aut frigidis et humidis: et similiter homi-  
nes habitantes in insulis marinis sunt longioris vite quam habitantes  
in agrestibus: et animalia marina sunt longioris vite quam agrestia: quia  
aqua marina calida est et humida: causa igitur conservans animalia per  
se est abundantia caliditatis et humiditatis in sua complexione: et domi-  
nium actuarum super passiuas. ¶ Cause vero conservantes ipsum ex ex-  
trinseco sunt sex modi nominati: comedio et potus et. et quando ipsis vi-  
tur homo habens illa que habet in sua complexione scilicet illa duo predi-  
cta secundum quod scriptum est in arte conferuandi sanitatem: necessario  
prolongabitur sua vita et non accidet ei nisi mors naturalis: cuius causa  
est frigiditas et siccitas: et si non vitetur eis secundum quod oportet forte  
mortis per dominum virtutum passiuarum super actiuas: quod est causa egritudinum materialium: et forte morietur morte naturali: quando humor  
extraneus qui fuerit in corpore non fuerit valde malus: et accedit multis  
hominibus quod appetitus eorum naturaliter conuenit suis complexio-  
nibus: quapropter vite eorum elongatur. illi autem in quibus virtutes acti-  
ue non dominantur super passiuas moriuntur non naturaliter: et maxime  
quando vivuntur regimē non conueniente: et vniuersaliter qui carent his

## De causa longitu. et breui. vite.

duobus predictis necessario habent vitam breuem: et corruptio accidit eis cito duabus de causis: quarum una est consumptio naturalis humiditatis que est in corpore: et dominum frigiditatis et siccitatis in eis: hoc erit quando vtuntur rebus extrinsecis conuenienter: et multo tamen accidit eis cum hoc mori non naturaliter propter superfluitates generatas in eis ex debilitate virtutum actuarum. Et videtur quod complectio quam narravimus est propria longitudinis vite in qua inueniuntur ille conditiones predicate: aut est ignota in arte medicinae: aut difficile scitur: et si esset nota precise indicaret medicus longitudinem et breuitatem vite. Et complectio media quam ponit Sale. videtur esse ista: sed scire istam complexionem sensu valde est difficile: et magis videtur esse per rationem quam per sensum: et quia ista proportio est ignorata naturaliter videmus quod multi grauiter infirmi etiam vivunt multum: et multi bone consistentie moriuntur iuvenes: et diversitas hominum in vita est secundum diuersitatem eorum in haec proportione complexionali in illis duobus scilicet in abundantia caliditatis et humiditatis et in domino virtutum actuarum. Et in vegetabilibus est tertia causa que facit longitudinem vite: et est ut corruptatur et crescat in suis partibus scilicet ut cum desicetur aliquis ramus possit generari aliis: et cum hoc acquiratur calorem naturalem qui est in eo a sole plus quam animalia: et cum quanto hoc est multe aquositatis et propinquum formis simplicium. Hoc enim aliquod forma compositi fuerit magis remota a formis simplicium componentibus: magis re tanto magis erit contraria illis formis: quapropter actione simplicium forma sua fuctio erit in ea. Dicitum est igitur de causis longitudinis et breuitatis vite: te secundum Aristotelem et secundum fundamenta naturalia. Antiqui vero attribuunt longitudinem et breuitatem vite causis accidentalibus. Quidam enim dicit quod plenius: tamen causa longitudinis vite est locus calidus et siccus: et secundum magnitudinem corporis: et quidam multitudinem sanguinis: et locus autem calidus et sic erit contra eum est combustus et consumens humorum naturalem: et ideo impossibile est ut sit causa longitudinis vite nisi per accidentem: quia putrefactio que accidit per humiditatem minoratur in tali loco. et ideo loca frigida et secca magis videntur esse cause longitudinis vite quam calida et siccata: quia carent putrefactione que fit ex humiditate: et putrefactione que fit ex caliditate: et ideo proprium est istis regionibus quod mors que accidit ex putrefactione raro accidat in eis: et similiter magnitudo corporum non est causa longitudinis vite: nisi quando magnitudo prouenit ex multitudine calidi et humidi: non ex abundantia partis terrestris in eis: et ideo licet animal sit parvus corporis: tamen longioris vite est multis animalibus que sunt maximis corporis: et similiter multitudine sanguinis est etiam causa longe vite per accidentem: multitudine enim sanguinis accidit in animalibus ex abundantia calidi et humidi. Dicitum est igitur de causis longitudinis vite et breuitatis secundum nostrum posse et intellectum.

Finis Libri de longitudine et breuitate vite Aristotelis.

# Aristotelis Stagyrite De physiōnomia Liber incipit.

**C**oniam anime sequunt corpora et ipse est seipsas non sunt impassibles a motibus corporis hoc aut manifestum sit valde in ebrietatibus et egritudinibus. Multum namque anime mutare videntur a passionibus corporis: et econtraario utique corpus compatit passionibus anime: manifestum sit circa amores et timores: tristitias: et delectationes. Amplius autem et natura factis vel generatis magis utique aliquis conspiciet: quod corpus et anima ita se habent connaturalia quod sunt caule plurimarum passionum adiunctum. Nunquam enim animal factum vel generatum est tale: quod formam habet alterius animalis: animam vero alterius: sed semper eiusdem corporis et animam. Quare necessarium est consequi tali corpori talam formam. Tamen plus autem et scientes circa unumquodque animalium ex forma possunt considerare: equites autem equos: et venatores canes. Si autem hec vera fuerint semper autem hec vera sunt: erit utique physiōnomizare. Cuius quidem igitur progenerati id est ante facti physiōnomes secundum modum argumentantur physiōnomizare unusquisque ad unum. Alij quidem ex generibus animalium physiōnomizant: ponentes secundum unumquodque genus assuram quandam animalis et speciei animam. Alij autem in talibus corporis similem habenti corpus et animam similem putabant. Alij autem quidam hoc quidem faciebant: non ex omnibus animalibus experiebantur: sed distinguebant ex ipso genere hominum secundum gentes. Quecumque differunt secundum usus et mores ut Egypti et Thraces: et Scyti: similiter electionem signorum faciebant. Quidam autem ex moribus apparentibus quales mores dispositionum sequuntur. Sequitur autem unusquisque mos: iracundus timido: coeundi: et in utriusque aliarum passionum. Est autem secundum omnes modos hos physiōnomizare. Et adhuc secundum alios et electionem signorum dissimiliter fieri. hi quidem igitur et mores solum physiōnomizant primum quidem: quod quidam non ideo ipsi existentes mores qui sunt in facie eosdem habent: ut fortis et inuercundus: eosdem autem habent: vel intellectu aliis animalibus multum separatum. Secundo autem et secundum quedam tempora mores non eosdem: sed aliarum habent. tristibus enim existentibus quandoque contingit diem delectabiliter ducere et morem accipere qui est hilaris: et econtraario hilarem constrisvari quod mos qui erat in facie permutatur. Adhuc cum his de paucis vestigis semper a parentibus signum accipiet. Qui autem ex feris physiōnomizant: nec recte electionem signorum faciunt. Non enim est utique dicere per transiūtem formam unusquisque animalium quod quicunque vni similis huic corpore erit: et anima similis erit. primum quidem ergo ut simpliciter dicere nullus utique videbit hominem ita similem bestie secundum assimilantem in aliquo. Adhuc autem cum his animalia pauca quidem propria habent signa: multa vero communia. Quare si utique similia his que non secundum proprium: sed secundum commune aliquid magis iste leoni sunt simili. Merito enim propria vero corporum proprium quid significare. Communia autem commune: commune quidem igitur signorum nihil utique manifestabunt physiōnomizantium. Si autem aliquis proprius physiōnomia Aristoteles.

# Liber Aristo.

vniuscuiusq; ferarum elegerit: non utiq; habebit assignare: cūlus sunt hec signa. merito em propriū propriū: propriū autē nullius. nullum autem animalium physiōnomizatorū in aīa habebit utiq; aliquis accipere: neq; em fortē solum leonē: sed alia multa: neq; timidū lepus: sed et alia infinita. Si ergo neq; cōia eligentium manifestū aliquid sit: neq; bī p̄p̄uanō utiq; erit vnumquodq; animaliū aspicere: sed et hominib; electione: est faciēdū patientib; eandem passionē: vt si fortis inspicat aliquis signa fortia animalium in vnum: accipientem oportet perscrutari que passiones his quidem omnibus sunt. Aliorū aut̄ animaliū: nulli accidit. Si enim ibi quis elegerit q; esdem sunt signa fortitudinis predictis animalib;: nō solum fortitudinis communē inesse passionem eorum que sunt intelles- eti: sed et alia quedam sic utiq; dubitatib; vtrum fortitudinis aut alterius signa sint: sed op̄ortet ex pluribus eligi animalib;: et non habētib; vllaz passionem cōmūnē manifestam: sed quod cuius utiq; signa respicit. Quib; uscunq; quidem signorum mansua sunt: aliquid mansuum signat. Que quidem autē venetiā: discedētiā et deficiētiā quo utiq; signū verū erit nō manētiā in anima. Si quidem em mansuum adueniēt et deficiens signum quis suscipiet cōtingeret utiq;: et ipsum quidem verum esse: nō tñ veniēt utiq; erit: nō sequens super rem. Quocunq; autem passiones facere anime nō in aliquo permuntant signa que sunt in corpore quibus utiq; physiōnom: non erunt utiq; huiusmodi cognitiones arti: vt que sunt circa oppositiōes et scientias: medicū autē citharam nō cōtingit cognoscere: nec addiscente aliquam disciplinam: nō autem permutatus est a signis quibus utiq; physiōnom. Oportet ergo determinare circa qualia quedam est physiōnomia. qm̄ nō circa oia: et ex quibus singula signa accipiunt. Deinde cōsequēter de manifestissimis vnum quodq; manifestare. Physiōnomia est ergo sicut et nō ip̄sū dicit de naturalib; passionib; que sunt in animar; accidētiū quecūq; adueniēt et transmutant signa physiōnomizata. Qua- lia aut̄ hec sunt: posterius declarabitur. Nunc autem dicam ex quibus generibus signa accipiuntur: et sunt oia. Ex motibus em physiōnomizant: et ex figuris: et colorib;: et ex morib; apparētib; in facie: et colorib;: et ex levitate: et ex voce: et ex carne: et ex partibus: et ex figura totius corporis. Uniuersaliter quidem huiusmodi insunt que debent physiōnomes de omnibus generationib; in quibus sunt signa: siquidē immanifestus aut nō designatiūs fuerit talis transitus remouit predicta. Nūc autem fortassis melius est vnumquodq; de singulis quecūq; manifesta de physiōnomizatis certius explanare. Signa aut̄ dicūtur quecūq; autem sunt singulare feruntur: quecūq; nō in predictis manifestū est.

## De colorib; 1.

**C**olores quidem ergo significant acuti calidum et sanguineum ali- bī: rubet autem bonam natuitatem: quando in leui corpore acci- dit hic color.

## De pilis. 2.

**P**ili molles quidem timidū: duri autem fortē. hoc autem signū sumptum est ex omnibus animalib; Timidissimum igitur ceru: lepus: ouis: et pilum mollissimum habet: fortissimum. autē leo: aper: et pilum durissimum naturaliter habet. Et autem et in aib; hoc idem videre: uniuersaliter enim quecūq; quidem habet duram pēnam fortē: quecūq; autem mollem timidam: et particulariter est hoc quidem, videre in co- turnicib; et in gallis: similiter em habet. Et in generib; hominum hoc idem accidit. Quicūq; quidem em apud septentrionem habitat: fortes sunt

# De Physiognomia. fo. clxij.

et durorum pilorum. Qui autem meridiem timidi: et pilum mollem habent.  
pilositas autem que est circa ventrem: loquacitatem significat. hoc autem  
refertur ad genus avium. proprium enim avis est eorum que sunt circa cor-  
pus: pilositas: que est circa ventrem. eorum autem que sunt circa intellectum:  
loquacitas.

## ¶ De carne. 3.

**A**tro autem dura quidē et habitus naturalis insensibilem significat:  
leuis autem et bene nata et instabilem: nisi in forti corpore: et haben-  
ti extremitates fortes hoc accedit.

## ¶ De motu. 4.

**M**otus autem tardi quidem mollem intellectum: acuti vero callis-  
tum.

## ¶ De voce. 5.

**I**n voce autem: grauis quidem et distensa: fortem. acuta autem et res-  
missa timidum.

## ¶ Regule physiognomie. 6.

**F**IGURE autem et passiones que apparēt in facie secundum similitudinem accipiunt passioni: quā em paritur alii-  
quid sit: ut si hoc habet quādō aliquis irascitur irascibile si-  
gnū eiusdem generis. Mas femina maior et fortior: et extre-  
ma corporis fortiora et grossiora: et boni habitus: et meliora se-  
cundum omnes virtutes.

## ¶ Modi physiognomie. 7.

**I**GNORUM autem que sunt in parte fortiora sunt que  
accipiuntur manifesta in moribus: et secundum motus: et figurā. Omnino autem vni quidē signo-  
rum credere fatuum est. Quando autem plura conuenient  
que sunt in uno: accidit magis utique: si conueniens utique  
quis accipiat vera esse signa. Est autem aliis modis secun-  
dum quem utique aliquis physiognomizat: nullus quidem  
aggressus est: vt si necesse est iracundum et tristem et prauum secundum mo-  
rem inuidum esse. et si non sunt inuidi. signa autem illis priorib[us]: contin-  
get utique physiognomoni et inuidū inuenire: maxime quidem quando talis  
proprius modus erit physiognomizandi. posse autem quibusdam existen-  
tibus necessarium esse proprium putamus physiognomie quod etiam contra-  
riatur hoc secundum passiones physiognomizare: et mala secundum passio-  
nem quidem intendens acutam. i. putabat: consuecerit utique aliquis ope-  
tere ponere iracundiam.

## ¶ De voce. 8.

**N**odignatus autem et iratus distendere consuevit vocem: et acute lo-  
quitur: qui autem remissus stat: remittit vocem et grauter loquitur.  
Rursus autem animalium fortia quidem grauis vocis sunt: timida  
autem acute vocis. Leo quidem et taurus et canis latrabilis et gallorū qui  
sunt boni animi grauter vociferant. Ceruus autem et lepus acute vocis sunt  
sed forte et in his melius est: non in eo q[ui] ipsorum vox est acuta et grauis for-  
tem autem timidum ponere: sed arbitrandum est fortitudinem quidē for-  
tis: remissam autem et imbecillē timidi. Est autem potissimum quā signa  
non confessa sed subconiectantia nihil ponere: vt sunt dicta qualia qualius  
credibiliora: et maxime quidem in speciem: sed non in omnia genera refer-  
re: similiora enim sunt quesito: nō enim totū genus hominum physiognomi-  
zantur: sed quedam que sunt in genere.

# Liber Aristo.

## Signa fortis. 9

**D**ili duri: figura corporis erecta: ossa et coste extrema corporis for-  
mata: et magna: et venter amplius et contractus ad se: armi lati et di-  
stantes: nec valde colligati: nec omnino dissoluti: collum forte non  
vehementer carnosum: pectus carnosum et latum: ancha: antrata: pecten  
deorsum contractum: oculus charopus: nec valde expansus: nec omnino  
clausus: vitreus color qui est in corpore: acuta frons: recta: non magna: non  
macra: neque leuis neque omnino rugosa.

## Signa timidi. 10.

**D**ili molles: corpore inclinatis non erectus: que sunt sub umbilico  
sursum tracta circa faciem: subcoecus: oculi imbecilles: et palpebri  
zans: et extrema corporis imbecilia: et crura parua: manus longe:  
et subtiles: ubi autem parui et imbecilles: figura extensa in motibus non inueni-  
cūdū: sed inclinatus et stupefactibilis mos quod est in facie: mobilis: sollicitus.

## Bene nati signa. 11.

**A**tro mollior non boni habitus: nec valde pinguis: que sunt circa  
musculos scapularum et collum macriora: et que sunt circa faciem  
incolligata: que sunt circa musculos scapularum et inferiora remissa  
bene soluta: que sunt circa costas et secundum dorsum non carnosum cor-  
pus album rubeum et purum cutis subtilis: pili non valde duri: nec valde  
nigri: oculus charopus humidus.

## In sensibilis signa. 12.

**Q**ue sunt circa collum et crura carnosa complexa et colligata cotile  
rotunda musculi scapularum sursum expansi: frons magna: circu-  
laris: carnosa: oculus croceus: crura circa cauillam grossa: carno-  
sa: rotunda: mandibule magne carnose: lumbi carnosus: crura longa: collum  
grossum: facies carnosa sub longa sufficienter: motus autem et figuram et mos  
rem qui appetit in facie sibi similitudines accipit.

## Inuercundi signa. 13.

**O**culus apertus et splendidus: palpere sanguine et grosse et parue  
curue: musculi scapulari sursum eleuatori: figura non recta: sed parva curua.

## Ornati signa. 14.

**I**n motibus autem acutus rubeus corpore: color sanguineus: facies  
rotunda: pactus sursum tractum: in motibus tardus: et loquens tar-  
de: et vox plena spiritu: et oculus hilaris: non splendidus: niger: et neque  
valde apertus: neque omnino clausus palpebrizans tarde: oculorum enim  
qui palpebrizant: hi quidem timidus: hi vero callidus signant.

## Animosi signa. 15.

**E**rons bene magna et carnosa et leuis que sunt circa oculos faciens  
videtur humilio: et somnolentior: neque intense aspiciens: neque re-  
missus: in motibus tardus erit et remissus figura et more qui est in fa-  
cie non precepit: sed videtur bonus.

## Inani mōsi signa. 16.

**B**ugosa facies et macr. oculi: confractum simul autem et confractura  
oculorum duo significant: hoc quidem molle et femininum: aliud ve-  
ro demissum pavido in figura humili et motibus remissis.

## Signa seruilibs: als cinedi. 17.

**O**culus confractus: genu flexibilis: inclinatores capitis ad dextram  
motus: manuum supini et dissoluti: et ambulationes duplices: hoc quod  
dem circumclinatum: alio vero tenentes lumbos et oculorum despe-  
ctiones: qualis utique fuit Dionysius sophista.

# De physionomia. So. clxiij.

Signa avari. 18.

**E**acie remissa: nisi gri coloris macer: que sunt circa facies quasi abies  
la: facies rugosa: recti crines et nigri.

Signa iracundi. 19.

**B**ectus corpore: figura bene latus: animosus: subruffus: spatule distantes: et  
magnae: et late: extrema et magna et fortia: levius circa peti et circa bubones: boni menti circulus capillorum deorsum descendens.

Signa fortis. 20.

**E**ortis specie bene carnosus: caro humida: multa: bone magnitudo  
dinis: et commensuratus figura: curuus: cursus capillorum sursum  
vulsus.

Signa eorum qui sunt alioz reprehensorum. 21.

**O**culi sunt rugosi: somnolentus facie in ore vi detur.

Signa pusillanimi. 22.

**P**Bruorum membrorum et paucorum articulorum macer et parvo: su  
oculorum: et parue faciet.

Amatores consumelli arum. 23.

**Q**uibuscum est superius labium elevatum et specie precipites sup  
rubicundi.

Signa misericordis. 24.

**M**isericordes sunt qui cunq; sunt albi coloris: et puri: et habent oculos  
quasi cum quadam lipitudine: et nares deorsum distantes: et  
semper plorant isti tales: et amatores sunt mulierum et generatini  
seminarum et circa mores interrogantium: semper commemoratiui et bene  
nati calidi: horum aut signa dicta sunt. Misericors est sapiens et timidus et or  
natius: immisericors est indisciplinatus et innerecundus.

Qui sunt boni ad comedendum. Signa voracis. 25.

**B**oni ad comedendum sunt hi quibus id quod ab umbilico ad pes  
caecis manus est: aut quod exinde est usque ad collum.

Signa luxuriosi. 26.

**Q**ui est albi coloris et pilosus rectus capillis et grossis et nigris in cor  
pora pilosa: oculus pinguis et insans.

Somnolenti signa. 27.

**A**matores autem somni sunt qui habent superiora maiora et calidi  
et habent carnem boni habitus: et pili circa ventrem.

Signa rememoratiui. 28.

**Q**ui habent superiora maiora et curuiora et carnosiores: sunt me  
mores.

De signis particulariter. 29.

**V**idetur aut mihi aia et corpus copati adinuicē: et aie hit  
alterat si alterat corporis forma: et iterū foſa cor  
poris alterata si alterat aie habitū. Qm. n. aie est tristari et le  
tari manifestū est q̄ tristes obscure faciei sunt. Gaudentes autē  
hilaris. siquidē igit̄ adhuc aia dissoluta forma q̄ est in corpore  
existente contingit dissolui: siquidē et ita aia et corp⁹ copatiunt̄ nō tñ pferen  
tes adinuicē. nūc aut manifestū q̄ vtrūq; vtrīq; sequitur: maxime quidez  
igit̄ et hoc manifestū fieri. Mania vñ eē circa aiam: et medici medicinis pur  
gatis corpus dietis vñctes i ipsis primit̄ aiam a maniacurationib⁹ aut  
corp⁹ et si corporis forma soluit̄: et aia a mania permittat: qm̄ q̄dez vtrāq;  
soluit̄ palā: qm̄ cōserunt adinuicē. manifestū aut ē q̄ vñtib⁹ aie siles  
corpis forme fuit. q̄re erit̄ ola silia in aialib⁹ eiusdē cuiusdā declaratina:

# Liber Aristo.

multa aut alia sunt et opant. he quae prie passiones vniuersitatem sexus aialium sunt: alie vero coes in prijs ei⁹ opib⁹ sic prie passiones sūm corp⁹. in communibus aut coes: cōmunes quidem sunt iniuria et que est circave nerea extensio: lateratarum et vilium: communis est iniuria. pororum et assinorum habitus qui est circa venerea masticando coeunt. propriū aut est: in canibus quidem contumeliosum: in assinis aut triste. Qualiter qđem igitur commune quidem et proprium cōuenit distingui: dictum est: op⁹ em est multa consuetudine si aliquis debet esse in ea sufficiens ad dicēdū singula de his: quoniam enim ea que videtur in corporibus dicūtur referri ad similitudines que sunt ab animalibus: et ab actibus: et prie quidem alie a caliditate et frigiditate sunt. Sunt enim horum quedam apparentia in corporibus parua differentia vtentia: et eodem nomine appellata: ut pallores qui sunt facti a rumoribus et a laboribus. ipsi enim eodem nomine vtuntur: et differentiam paruam habeant ad inuicem. parua autē differentia existente non facile est cognoscere: sed ex consuetudine forme apparentem quidem assumere conuentientiam. Est autem optimus mod⁹ et velut qui est ab apparente conuentientia et contingit. Ita eodē mō vtētē multa cognoscere: et nō solū vlt̄ vtile est: sed ad electionē signorum singulāris electorū: et dicere op̄z talem ut qđ eligitur: vult. Amplius autē sūm electio nem signop̄: et syllō uti quo opus est: nisi vtiq̄ contingat adiungentes et conuentientibus conuentientia: ut si inuercundus erit et paruiloqu⁹: et fur vtiq̄ erit et illiberalis: et fur quidem contingens in verecundiam et paruiloquum illiberalis: in talibus quidem igitur vniuersitatem oportet hoc mō sūm conuentientia fieri sciā. nūc autē primū tentabo ḡha aialium distinguere et que ipsoꝝ contingit permutari attendendū fortia et timida et iusta et iniusta. Distinguendū autē aialii genus in duas formas: in masculinā et in femininā adiungētē passiones cōuenientes vnicuiꝝ forme. Sunt. n. sili a v̄q conantur nutritre ferarum mansuetis magis: et molliores sūm animas feminē maribus sunt: minus autem fortes: verum nutrimenta et assuetudinem manuum recipientes magis: quare existentes tales erunt alicubi minus iracunde maribus. Manifestum autem hoc ex nobis alicui est: quoniam cum ira vincimur difficulter prudentes: et maxime fortes sumus ad nihilum veniendum: ferimur autem ad cogendum et operandum ad quod ira. Mouetur autem mihi et magis vel mali: aut operatiua fieri femina masculis et preualentiora et minus defensua. Femine quidem igitur et que circa nos nutriuntur: et valde alicubi manifesta sunt: que vero sunt circa siluā omnes confitentur pastores et venatores: quia talia sunt qualia dēcā sunt. At vero et hoc manifestum est quod singularium in unoquoq̄ genere feminā mare minoris capitū et angustioris faciet: et subtilioris collis et pectora imbecilliora habent. et paruarum costarum sunt. Anchas autem et costas magis carnosas maribus: genua mollia: et crura subtilia habēt: pedes vero pulchriores et formaz totius corporis molliorem magis qđ fortiorē. Minus nervosa autem sunt et molliora: vtentia humidioribus carnibus: masculina vero his omnibus contrariam habent naturam. verum fortior et iustior est genere. Que vero femine timidior et intusior: his ita se habentibus videtur leo omnium perfectissimum in assumendo maris formaz.

¶ De leone qui pro mare sumitur hic. 2.0.

**L**eo enim habens os bene magnum: faciem aſit quadrata non valde osseam: superiore in mandibulā nō prestante: sed equaliter pendente deorsum: nasum autē magis grossum qđ subtile oculos charopos et

# De physionomia. fo. clxiiij.

nos nō valde rotulos: neq; valde ptenos: magnitudinē vero moderatā: supercilij bene magnū: fronte q̄dratā: ex medio sub cōcauā ad supercilia ante i nasum sub fronte sicut nubes superst̄at: superius aut̄ fronte iurta nasum h̄z pilos inclinatos: caput moderatū: collis bone lōgitudinis grossum innotatū: h̄z crines flauos: neq; valde crisp̄os: que sunt circa iuncturam spatularū bñ spacioſa magis q̄ cōiuncta: spatulas fortes et pectus iuuenile: et metaphrenon latum bene dorsatū. Biuche non carnose et coxe: crura fortia et nervosa: balen iuuenile: et totū corpus articulatū et nervosum: neq; valde humidū. Ambulat aut̄ tarde magnifice trāiens: et mouēs se in spatulisquā dō ambulat. Talis em̄ est fm ea que sunt circa corpus: que aut̄ circa aiām datuum et liberale: magnanimum et amatuum victorie: et mausuetum iustū et amatuum cum quibus associabitur.

## ¶ De pardali pro femina.

**P**ardalis autē fortibus esse visis feminē forme est magis q̄ nunceſe operatur. Est enī habēs faciem parvam: os magnum: oculos puos: albos: concavos: ipsos enim superficiales: frontem longam: aures rotundas magis q̄ planas: collum longum valde et subtile: pectus non amplum et longum dorsum: anchas carnosas et coras: que vero sunt circa ilia et ventrem leuis et magis. Color autem varius et totum inarticulatum est immēsuratū. Forma autem corporis talis est: in his que fm animā prauum est et fictiuū: et oīno dicere et dolosum. Alialis autē que videntur forti coueniētia et assumpta alia masculine forme et feminine dicta sunt. Alia autem qualia sunt facile est vtq; pertransire. Quicūq; aut̄ ad physionomizandū conspicere cōtingit ab animalibus in electione signorum dicetur. Electio autē signorum que est fm homines sic accipitur.

## ¶ De pedibus. 32.

**Q**uibuscūq; pedes bene nati et magis articulati et nervosi fortes sunt fm ea que sunt in anima. reducentur ad masculinum genus. Qui cūq; autem pedes paruos strictos et inarticulatos habent: delectabiles autem videre q̄ fortiores molles sunt secundum ea que sunt in anima: referuntur ad femininum genus. Quibus pedū digiti curui: inuercundi: et q̄bus vngues curui: referuntur ad aues curuorum vnguum. Quibus pedū digiti coniuncti sunt stercorosi: referuntur ad orticas stritorum pedū latuum.

## ¶ De cauillis pedum.

**C**uibuscūq; ea que circa cauillas sunt nervosa et articulosa: fortes sunt secundum animam: referuntur ad masculinum genus. Quicūq; autem sunt carnosí circa cauillas: et inarticulati: molles fm animam referuntur ad femininum genus.

## ¶ De cruribus. 34.

**C**hicūq; crura habent articulata et nervosa et formantia: fortes sunt: fm animam referunt ad masculinum genus. Quicūq; crura subtilia nervosa h̄nt: luxuriosi. referuntur ad aues. Quicūq; crura superflua habent et sint parum dirupta: odibiles et inuercundi. referuntur ad apparentem decētam. Qui sunt fm genua subtiles: timidi. et referuntur ad superapparentem cōuenientiam.

## ¶ De copis. 35.

**C**hicūq; habent coxas ossas et nervosas: fortes sunt referuntur ad masculinum genus. Qui cūq; h̄nt coxas carnosas et ossas: molles sunt et referuntur ad femininum genus.

# Liber Aristo.

## De pectine.36.

**Q**uicunq; pecten ossē acutum habēt:sunt fortes:qui cūx carnosus  
et pinguē habēt:molles. Quicunq; autē sūm modicā carnem sicut desic-  
catam:mali moris sunt:referunt ad simias.

## De lumbis.37.

**Q**uicunq; autē bñ lumbosī sunt:amatores ferarū:referunt ad canes et le-  
nes:videbit vtrq; aliq; et canes valde venatores lumbosī esse.

## De ventre.38.

**Q**uibuscunq; autē ea q; sunt circa ventrē pinguis bene fortes:referun-  
tur ad masculinum. Quicunq; autē nō pinguis:molles:referunt ad  
apparentem conuenientiam.

## De spina vel dorso.39.

**Q**uicunq; autē spinā magnam et bene fortem habent:fortes sunt ani-  
ma:referunt ad masculinum. Quicunq; autē spinam strictā et im-  
becillem hñt:molles:referuntur ad femininum.

## De costis.40.

**Q**uicunq; autē bñ costati:fortes sunt sūm animā:referunt ad masculinū  
genus. Quicunq; autē sunt nō bene costati:molles sunt:sūm animā refe-  
runt ad femininū genus. Quicunq; ex costis circūducti:timidi sunt:  
sunt inflati loquaces:et stultiloqui:referant ad boves:aut ranas.

## De vmbilico.41.

**Q**uicunq; autē maius hñt qd ab vmbilico usq; ad extremitū pectoris:qd  
est ab extremitate pectoris:usq; ad collū:voraces et insensibiles  
voraces quidē qz vētrē magnū habēt quo appetunt cibum. insensi-  
biles autē qz angustum locum habēt sensus:repleti forti odoratione in recti-  
piendo cibum:ita q sensus infirmos habent propter repletionem ciborum  
magis qd indigentiam.

## De pectore.42.

**Q**uicunq; autē pectus magnum habent et articulatum:fortes sunt:sūm  
animā referunt ad masculinum.

## De methaphrenon.43.

**Q**uicunq; autē methaphrenon habēt magnum et bene carnosum et arti-  
culatum:fortes sunt sūm animā:referunt ad masculinum. Quicunq;  
autē imbecille et non carnosum et inarticulatum:molles sunt sūm ani-  
mā:referunt ad femininum.

## Ad idem.44.

**Q**uicunq; autē methaphrenon curvū hñt valde:musculi ad post cōcurrē  
tes mali moris sunt:referunt ad apparentē conuenientiā:qz perevit ad  
anteriora deferentia videri. Qui cūq; autē methaphrenon eminens  
hñt chayni et nō intelligētes referunt ad equos. qm autē neq; curvū vēhe-  
mēter op̄esse neq; cōcaū methaphrenon querendū:bene nati.

## De musculis.45.

**Q**uibuscunq; musculi eminētes et spatule fortes sunt:sūm animā refe-  
runt ad masculinum. Quibuscunq; musculi imbecilles et inarticulati  
molles sunt sūm animā referunt ad femininum. hoc dico que di-  
gi de pedibus et coxis.

## De spatulis.46.

**Q**uibuscunq; autē spatule bene solute sunt:liberales sunt:sūm animā  
referunt ad apparentem:qz cōuenit apparenti forme liberalitas.  
qui ibus vero diffīcūlter solubiles cōuise:liberales:referunt ad  
apparentē conuenientiam.

**C**o*De his que sunt circa clavē collī. 47.*

**Q**uisq; aut ea que sunt circa clavē collī bene solubilia senserint non bene solubilibus existentibus circa clavem facile mobilem motum sensuum recipiunt. Quibus vero circa claves conclusa sunt: insensibiles: difficuler enim insolubilibus existentibus his que circa clavem impotentes sunt recipere motum sensuum.

**C**o*De collo. 48*

**Q**uisq; aut collī grossum habent fortes sunt sūmā animā referuntur ad masculinū. Quicq; aut h̄nt subtilē imbecilles sunt. referuntur ad femininū. Quibuscumq; collum grossum et carnosum: iracundi: referuntur ad iracundos tauros. Quibuscumq; aut est bene magnum non val de grossum: magnanimi referuntur ad leones. Quibuscumq; est longum subtile: timidi sunt. referuntur ad ceruos: quibus enim breue valde: dolos & insidios: referuntur ad lupos.

**C**o*De labijs. 49*

**Q**uibuscumq; aut sunt labia subtilia & in extremitatibus relaxata qd superius labium ad inferius protendatur ad coniunctionem labiorum: magnanimi sunt. referuntur ad leones: videlicet vtq; aliquis hoc & in magnis & fortibus canibus quibus labia subtilia dura circa dentes caninos supereminēt. qui ita habent nobiles: referuntur ad sues: qui autem grossa labia habent & superius inferiori protendens fatui. referuntur ad asinos. Quicq; autem superius labium & gingivias p̄eminentia habet: amatores sunt contumeliarum. referuntur ad canes.

**C**o*De naso. 50.*

**Q**uicunq; aut nasum extremum grossum habent: rathmi sunt id est facile animū habent ad concupiscendum. referuntur ad boves. Qui cunq; autem nasum in extremitate grossum habent: insensibiles sunt. referuntur ad sues. Qui cunq; autem nasum extremum acutū habent difficulter: irascibiles sunt referuntur ad canes. Quicunq; autem nasum habent rotundum & obtusum: magnanimi. referuntur ad leones. Quicunq; nasum extremum subtilem habent: articulares: qui habent a fronte mox curvum inuercundi sunt. referuntur ad ceruos. Quicunq; autem aquilinum habent inarticulatum in fronte: magnanimi: referuntur ad aquilam. Quicunq; autem nasum concavum habent: frontem rotundam: & rursum eminens rotundum. luxuriosi: referuntur ad gallos. Quicunq; autem simum: luxuriosi. referuntur ad ceruos. Quibuscumq; autem nares sunt aperte iratundi referuntur ad passionem que fit in ira.

**C**o*De facie. 51.*

**Q**uicunq; faciem carnosam habent rathmi. i. facile concupiscibiles sunt: referuntur ad boves. Quicunq; faciem macilentiam habent: solliciti. Quicunq; autem carnosam: timidi: referuntur ad asinos & ceruos. Qui valde paruam habent: pusillanimi: referuntur ad gatū & simiam. Quibus facies magna: tardi. referuntur ad asinos & boves: quoniam neq; paruam neq; magnam oportet esse. medius habitus vtq; horum erit conueniens. Quibus autem facies videtur paruifica: illiberales sunt: referuntur ad apparentiam.

**C**o*De oculis. 52.*

**Q**uib; autem ab oculis tanq; lippitudines dependent: amatores vñni sunt. referuntur ad passionem. Est enim vehementer cadens: quoniam oculorum lippitudines eminent amatores somni. referuntur ad passionem: quia ex somno surgentibus dependet que sunt in oculis. Quicq;

# Liber Aristo.

oculos paruos habent: pulsillanum: referuntur ad apparentiam et simias.  
Quicunq; vero habent oculos magnos. referuntur ad boues: agitur bene  
natum oportet neq; magnos: neq; paruos habere oculos. Quicunq; autem  
concauos habent. malitiosi reducuntur ad simiam. Quicunq; habent ocu-  
los eminentes: satui. referuntur ad apparentiam: et asinos: quoniam neq;  
eminentium oculorum: neq; concauorum oportet esse: medius utiq; habi-  
tus dominabitur. Quicunq; autem parum concaui: magnanimi. referuntur  
ad leones. quibus in plus: mansueti. referuntur ad boues.

## ¶ De fronte. §3.

**Q**uicunq; frontem paruam habent: indisciplinales. referuntur ad  
suos. Quicunq; habent magnam valde: tardi referuntur ad boues.  
Quicunq; rotundam: insensibiles. referuntur ad asinos. Qui autem lon-  
gam superficiem: insensibiles. referuntur ad canes. Quicunq; quadratam  
et moderatam tamen frontem habent: magnanimi. referuntur ad leones.  
Quicunq; autem tensam habent: adulatores. referuntur ad passiones que  
fit. Quicunq; autem obnebulosam. audaces. referuntur ad taurum et leo-  
nem. Videbit utiq; aliquis in canibus: quando canes blandi sunt valde:  
quictam frontem habent. Quando autem connebulosus est habitus: au-  
daciā significat: tranquillitas autem adulacionem: medius habitus: utiq;  
horum bene decentem se habet. Quicunq; tristem habent frontem: mesti-  
sunt. referuntur ad passionem: quoniam mesti tristem habent facies. Qui  
autem obscuram et dimissam: planctui sunt. referuntur ad passiones: qui  
planctui dimissi sunt.

## ¶ De capite. §4.

**Q**uicunq; autem habent magnum caput: sensitivi. referuntur ad ast-  
nos. Qui habent capita pineata: invercundi. referuntur ad habē-  
tes yngues curvos

## ¶ De auribus. §5.

**Q**uicunq; aures parnas habent: simiales sunt. Quicunq; autem ma-  
gnas casinini. Videbit utiq; aliquis et canum obrunos moderatas  
aures habere.

## ¶ De coloribus. §6.

**Q**uicunq; autem sunt valde nigri: tumidi. referuntur ad egyptios  
ethiopes. Albi autem valde timidi sunt referuntur ad mulieres.  
Color autem qui confert ad fortitudinem: est medium horum opor-  
tet esse. Flavi boni animi sunt referuntur ad leones. Rubei: valde astuti.  
referuntur ad vulpes. Pallidi colore: timidi sunt. referuntur ad passionem  
que fit ex timore. Qui autem sunt mellei coloris: desiccati sunt et frigidi: fri-  
gida mobilia difficulter mobilibus existentibus his que iuxta suum cor-  
pus: erunt utiq; tardi. Quibus color: rubens est: acuti sunt: quia om-  
nia que sunt secundum corpus a motu calefacta erubescunt. Quibus co-  
lor flammens est: manifesti: quia ea que in corpore vehementer calefacta  
flammeum colorem habent. Qui autem sunt extreme calefacti: manifesti  
utiq; sunt. Quibus autem est flammens color super ea que sunt circa pe-  
ctus difficulter irascibilis sunt: referuntur ad passionem. Iratis namq; su-  
peraccendunt ea que sunt circa pectus. Quibus ante ea que sunt circa  
collum et supra vene distense sunt: difficulter irascibilis. referuntur ad  
passionem: quia iratis hec accidunt. Quibus facies supererubescens est:  
vereundi sunt referuntur ad passionem: quia verecunditatis supereru-  
bescit facies. Quibus gene supererubescunt: ebris: vel amatores yni sunt  
referuntur ad passionem: quia ebris supererubescut gene. Quib; autem ocli-

Supererubescunt: egressi ab ira. referuntur ad passionem: quia his qui ab ira sunt egressi: erubescunt oculos. Quibus autem oculi valde nigri: timidi: niger autem color valde visus est tumiditatem significare. Qui autem non sunt valde nigri sed declinantes ad flavum colorem: boni animi sunt. Quibus autem oculi glauci sunt albi: timidi sunt. visus est: albus color tumiditatem significare. Qui autem non sunt glauci: sed charopi: boni animi sunt. referuntur ad leones et aquilas. Quibus binosi manisti sunt. referuntur ad capras. Quibus autem ignes: sunt inuercundi. referuntur ad canes. Qui autem oculos discoloratos habent: et turbatos: timidi. referuntur ad passionem: quia qui timuerunt pallidi sunt colore non equaliter. Quicunque oculos lucentes habent: luxuriosi. referuntur ad coruos et gallos.

### De pilositate tibiarum et aliarum particulatum. 57.

**Q**uicunque habent tibias pilosas: venerei sunt. referuntur ad hyrcos. Quicunque autem ea que sunt circa pectus et ventrem valde pilosa habent: nunquam in eisdem perseverant. referuntur ad aues: qui a hec: et pectus: et ventrem valde pilosum habent. Quicunque pectora habent valde nuda: vel non pilosa: inuercundi sunt. referuntur ad mulieres. quoniam igitur non oportet valde pilosa esse neque nuda. Quicunque musculos spatularum pilosos habent: nunquam in eisdem perseverant. referuntur ad aues. Quicunque dorsum vel spinam habent pilosam valde inuercundi sunt. referuntur ad bestias. Quicunque autem collum retro pilosum habent liberales sunt. referuntur ad leones. Quicunque autem mentum habent acutum: boni animi. referuntur ad canes. Quicunque habent supercilias simul: tristes sunt. referuntur ad similitudines passionis. Quicunque supercilia diuulsa habent ante nasum: et diuulsa vsq; ad tunporalia sunt. referuntur ad porcos. Qui erectos pilos habent in capite: timidi. referuntur ad passiones: quia timentes facti eriguntur vel erigunt. Quicunque capillos vehementer crisi pos habent: timidi. referuntur ad passiones: quoniam igitur rigentes et vehementer crisi timiditatem ferunt. Qui in extremitate sunt crisi: ad bonum animum referuntur. Quicunque autem fronte quod est ante caput elevatum habent: liberales sunt. referuntur ad leones. Quicunque caput oblongum habent: et capillos ad frontem iuxta nasum liberales: referuntur ad decentem apparentiam.

### De allatione manuum. 58.

**D**e manus et cubiti et brachii motu: idem refertur. Quicunque musculus spatularum rectis tensis: gallinaciones referuntur ad equos. Qui spatulis mouentur curui: sunt sapientes. referuntur ad leones. Quicunque autem pedibus peruersis ambulantes et cruribus femininis. referuntur ad mulieres. Quicunque autem corporibus circunorquentes se et fricantes sedadulatores sunt. referuntur ad passiones. Inclinati autem ad dextram in ambulando timidi sunt. referuntur ad apparentem decentiam. Quicunque habent oculos bene mobiles: acuti rapaces. referuntur ad ancipites. Quicunque palpebrizant: timidi: qui in oculis primi mouentur: qui oculos frequenti tempore monentes tincturam albuginis in oculo intellecti. Si enim alicui notio vehementer fiat in ea: et visus.

### De voce. 59.

**Q**uicunque magna vociferat graueri: iniuriosi referuntur ad asinos. Quicunque autem vocat a graui incipietes et finiunt in acutu: iracundi: placuti. referuntur ad boves et ad decentiam vocis. Quicunque autem vocibus acutis et mollibus ruptis loquuntur: timidi. referuntur ad mulieres et ad decentiam.

# Liber Aristo. De Physiognomia.

Quicunq; grauter vocant: magistri non perplexini. referuntur ad fortis canes et decentiam. Quicunq; molle sine tensione vocant: māsuēti referunt ad oves. Quicunq; vocat acute et fortiter: iracundi. referuntur ad capras.

¶ De paruis corpore et magnis. 60.

**D**arui valde acuti sunt: motu enim sanguinis paruum locum cōtine te et motus velociter valde accedunt ad sapere. Qui autē sunt valde magni: tardi ad proficiendum: motu enim sanguinis magnum locum cōtinente: motus tardus accedunt ad sapere. Quicunq; autem paruorum siccis carnibus vtentes sunt autem et caloribus: aut per caliditatem corporibus superfluunt: nihil perficiunt. Existente enim in parvo moto et veloci ppter igneum nunc̄ sim idem est sapere: si aliud in aliud prius q̄ superficiat. Quicunq; magnorum humidis carnibus vtentes autem et calore per frigiditatem: non permittit aliquid accedens ad sapere. Quicunq; autem paruorum et humidis carnibus vtentes et caloribus propter frigiditatem: sūperfectiui. Existente enim motu in puerō difficulter mobile cōplexionis com mensurationem prebuit primum perficere. Quicunq; magnorum duris car nibus vtentes sunt et caloribus per caliditatem sunt perfectiui: et sensitivi et magnitudinis superabundantiam carnium: caloris caliditas acquisiuit: quia commensuratum esse ad proficiendum. Excedentia igitur corporum magnitudinibus aut paruitudinibus deficiētia sunt continentia: perfectiua sunt: et sic imperfecta dictum est media natura horū ad sensus optima et perfectissima: quibus utiq; supponit et debentia sentire moderatam oporet esse magnitudinem.

¶ De commensuratis vel incommensuratis. 61.

**I**n commensurati astuti vel dolosi. Mensurati utiq; erunt et fortis. Relationem autem commensuratis ad corporum bonam motionem et bonam natuitatem reducendum: sed non ad formam musculi: sicut in principio dictum est bene se habet: aut et omnia signa quecumq; predicta sunt referre ad apparentem convenientiam et in masculum et in feminam. hec enim perfectissima divisione divisa sunt: et demonstratum est masculus et femina iustior et fortior: et vniuersaliter dicere melior. In omni autem electio ne signorum alia alijs signis magis declarat manifeste subiectum. Manifestissima autem que in principalissimis locis finit. principalissimus autem locus est qui est circa oculos et frontem et caput et faciem. Secundus autem qui est circa pectus: et spatulas: consequenter circa crura et pedes. que autē circa ventrem minime. Omnino autem dicere ista loca manifestissima signa prevent: in quibus et sapientie plurime supercapparentia fit.

¶ Finis Libri Aristotelis de Physiognomia: nuperime pristino candore restitutus. Lugduniq; per Solerterem virū Jacobū myr impressus. Sumptibus autem honestorum dominorum Sciponis de Sabiano: et fratrum. Anno salutiferi partus. M.D.XXX. Die. XXI. aprilis.

¶ Registrum.

B B C D E F S H I K L M N O P Q R S T U X. Omnes sunt quaterni: preter X qui est ternus.